beatus Frãciſcus profundiſſime rñdiſſet: dixit ad eum cardinalis. Ego te nõ interrogo tãq̃ litteratum: ſed tãq̃ hominem habentez ſpm̃ dñi. Et a te reſponſionis intellectum ideo libenter accipio: qm̃ ſcio ipſum a ſolo deo ꝓcedere. ¶ Vigeſimo prĩo fuit declaratus uni ſacre theologie magrõ de ordine predicatoꝝ apud Senas: qui cum. B.F. interrogaſſet de quodã paſſu ſacre ſcripture a B.F. reſponſum de predictis reportauit: cũ reſeratione ſui cordis nulli palã facta ſecretoꝝ. Qui ſtupore uehemẽti miratus: theologiaz. B.P. & ipſũm ſpãliter cõmẽdauit. ¶ Vigeſimo ſecũdo. b.F. fuit cognit⁹ & declaratus dño Bernardo de quintaualle prudẽtiori nobiliori & ditiori de Aſſiſio q̃ bti. F. pfectiõe agnita oĩa uendẽdo & paupibus dãdo nihil ſibi reſeruando: primus p̃ aliis bti. F. factus eſt frater & fili⁹ ſpũalis. ¶ Vigeſimo tertio fuit. b.F. fratri Egidio declaratus: a quo cũ fratres quererẽt qd ſentiret de btõ. F. reſpondit tot⁹ inflãmatus ex auditu bti. F. dicẽs ille hõ btũs. F. nunq̃ deberet noĩari qn hõ p̃ gaudio lamberet labia ſua: tñmõ ſibi defuit unũ. ſ. corporis fortitudo. Si. n. haberet tale corpus quale ego habeo. ſ. ita robuſtũ: pculdubio tot⁹ mundus eũ ſeq minime potuiſſet. ¶ Vigeſimo q̃rto fuit. b.F. btẽ Clare declaratus: cuius monitu & p̃dicatione dimiſſis omnibus que ſunt mũdi: eterno ſpõſo iũcta eſt. Nec id ſolũ effecit: ſz uerbo Frãciſci de yh̃u p̃dicantis adeo fuit in bono firmata ut nulla tribulatio ſeu aduerſitas: deĩde ſibi grauis aut difficilis ad ferendum fuerit. ¶ Vigeſimo quinto fuit. b.F. Fratri morico pri⁹ de ordine cruciferoꝝ: ſed poſt de ordine minoꝝ declarat⁹: q cũ morbo grauiſſimo laboraret: ſupplex per internuntiũ factus. b.F. ut ꝓ ſe ad dñm exoraret: antidoto a beato. F. confecto: eiuſqz prece ſtatim ab omni fuit infirmitate curatus. ¶ Vigeſimo ſexto fuit btũs. F. Miniſtris pluribus ꝓuincialib⁹ dũ ɔderet ultimã regulã declarat⁹: corã qb⁹ uerbis bti. F. yh̃s iclinat⁹ ſuã intẽtionẽ ſic eſſe de regula obſeruanda eiuſqz ſe cõditorem eſſe corã p̃fatis & non btũm Franciſcũ acclamauit. ¶ Vigeſimo ſeptimo fuit beat⁹ Frãciſc⁹ agnitus & declaratus fratrib⁹ conſotiis: quoꝝ cõſciẽtias & ſecreta agnouit: ut pz de fratre Maſſeo: fratre Leonardo d̃ Aſſiſio: frẽ Rizerio: & de aliis plurib⁹. de qb⁹ dicet̃ fructu & conformitate. xviii. & xxvi. ¶ Vigeſimo octauo fuit btũs Frãciſcus medico declaratus cuius eẽt uirtutis: q ignẽ crepitãtẽ: ab una parte capitis ad aliã cocturã ꝑtrahẽdo: nullaz uidit moleſtiã btõ prĩ intuliſſe. Et demum capilli beati Frãciſci poſiti itra ſciſſurã ſue domus de ſero: in mane repit eaz totaliter coadunatam. ¶ Vigeſimo nono fuit beatus Frãciſcus Abbati ſancti Iuſtini declaratus: qui eius oratione pre ſolito conſolationem ſpũs perſenſit. Idẽqz epõ Aſſiſinati: q p̃cipitãter beati Franciſci cellã ingrediẽs: linguã cũ uiribus amiſit: ſed penitẽs deinde recupauit. Sit̃ ſoldano fuit beat⁹ Frãciſc⁹ declarat⁹: qui ad ipm̃ ſummã concepit deuotionẽ. Et tãdẽ ipſius meritis regeneratus in xp̃o eſt ſaluatus. ¶ Trigeſimo fuit btũs Frãciſcus agnitus & declaratus omnibus generibus creaturaꝝ qualis eſſet. uz. mari igni aeri terre Angelis bonis demõibus p̃latis eccl̃ie Regibus principibus hominibus aliis mulieribus animalib⁹ brutis uolatilibus natatilibus ferocibus arboribus & plantis: ut ſuis infra locis dicetur: & ſpãliter fructu & conformitate. xiii. Et ſic de ipõ beato Franciſco tam ante ortũ q̃ in ortu & poſt ortũ declarato & agnito: dicere poſſumus cũ p̃s. Teſtimonia tua credibilia facta ſũt nimis. celebre factum eſt nomen eius nimis. i. ꝑ. xviii. Vñ btũs Franciſcus põt dicere illud Ezec. xxxviii. Et magnificabor & ſanctificabor & notus ero in oculis gentium multarum. Nam nomen eius uulgatum eſt in omni terra. Ioſue. vi.

¶ Secũdus fructus & conformitas. Ieſus emiſſus celitus Franciſcus deſtinatur Expoſitio prime partis: uidelicet. Ieſus emiſſus celitus.

Deitas illa ſuperna cui⁹ oĩpotẽtia de nõ eſſe ad eſſe: cuius clẽmẽtia & bonitate ſum⁹: cui⁹ miſericordia ſuſtentamur: cuius liberalitate dona tã nature q̃ gratie aſſidue pcipimus: cui⁹ gratuita pietate nr̃is cõdeſcẽdit indignis p̃cibus: cui⁹ ſapientia oĩa moderantur & ordinant. ¶ Cuius abũdantia in bonis & affluẽtia humanũ genus in ſui exordio eſt multipliciter adornatuz ordinatum & mirificatum: ut apparet nõ ſolũ teſtimonio pſalmiſte David p̃s. viii. Minuiſti eũ paulo min⁹ ab Angelis gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuaꝝ. Omnia ſubiecſti ſub pedibus eius: oues & boues uniuerſas inſuper & pecora campi. uerũ ẽt ſi attẽdatur quid deus hominem condendo eidem exibuit & donauit. ¶ Ipſum. n. primum hominem primo creauit ad ſuam imaginẽ & ſimilitudinez. Secundo in paradiſo in loco ameniſſimo collocauit. Tertio ſcientia omnium illuſtrauit. Quarto dominium ſuper omnia condonauit. Quinto in etate florida formauit. Sexto iuſtitia originali adornauit. Septimo delitiis omnibus conſtipauit. Octauo cõſortio Angelorum letificauit. Nono ſui. ſ. dei ſingulari cognitione predotauit. Decimo immortalitatem ſi uelſet conceſſit. Vndecimo liberũ arbitriuz quo poſſet ſtare indidit. Duodecimo firma ſponſione ſi ſtaret & obediret: uitam eternam ſe daturum eidem repromiſit: & ſibi in petitis adeſſe ſpopõdit. Quibus & alus primis parentibus exhibitis: liberalitas dei ad hominẽ & genus humanum ueraciter declaratur. ¶ Veruz quia hominem probari decebat a deo: ſi deo pro impenſis gratis exiſteret: ſi eterna potius q̃ temporalia quereret: ſi creatori a quo fact⁹ erat diligenter inhereret: & ei⁹ imperio ſubdi uellet: ſi armis liberi arbitrii fretus ſciret ſe cuſtodire: & ab hoſte defendere: ſi p merita celum adire ſtuderet. Et ſi ſpiritualis potius optaret eſſe q̃ carnalis. Poſt prefata homini a deo magnifice collata: ad eum ꝓbandum in iam dictis: precepta a deo nõ grauia ſed leuia: non ſpnẽda ſed toto poſſe capienda & adimplẽda: utpote qa in cuſtodiẽdis illis retributio multa: hoĩ ſunt data. Sz hõ paruipẽdẽs creatoris ipſũ

Quid de⁹ hoĩ i pria ei⁹ ɔditiõe donauit.

q̃re hoĩ in prima ei⁹ cõditiõe p̃ ceptũ ẽ datum.

non attendēs ſue conditionis initiū: aut ſue mētis inſi
gniā:hoſtis maligni deſideriū:carnis prauū dñiū ʒ uel
celeſtis patrie premiū:prudentie cuiuſqʒ conſilium:ac
ſuum liberū arbitriuʒ.Quid egit inq̄? Fregit contēpſit
deſpexit & a ſe deiecit diuinū mandatuʒ potius obſe-
cundans carni q̄ ſpūi:uxori q̄ deo:diabolo q̄ conditori:
appetitui beſtiali: q̄ rōnali:paruiſſimo uiliſſimo &
inſipidiſſimo pomi ucitū eſu:cuius guſtu hō deum ſūme
offendit: cū uilipendendo deſpiciendo cōtēnendo

In q̄s hō incurrerit calāitates preceptū contēnēs.

& eius excellētiā appetendo. Celū ſibi clauſit. Intelle
ctū obſcurauit:hebetauit igeniū: hereditate priuauit
eterna: a paradiſo ſe excluſit.Elōgauit ab angelis:dia
bolo ſeruo ſe ſubdidit:donis ſe gratuitis ſpoliauit:Iu-
ſtitiā originalē amiſit:Genus hūanū originali culpa ſe
dauit: morti ſe tradidit & ad inferna q̄tuʒ in ſe fuit cū
ſua poſteritate trāſmiſit:& deputauit. Quibus hō fa-
ctus eſt de dño ſeru⁹: de ſpūali carnalis de domeſtico
dñi hoſtis & aduerſari⁹: de celeſti terrenus: de libero
& ſoluto obligatus:de puro infectus:de diuite paup:
de celi ciue mūdi accola:de ſano infirmus:de uirtuoſo
uitioſus:de hoie beſtia:de innoxio noxi⁹: deo ꝓ ſe &
tota ſua poſteritate debitor & obnoxi⁹:& ad ſatiſfa-
ciendū deo multiplr̄ obligatus & deputatus: ob com
miſſa dimiſſa admiſſa & amiſſa ab eo & per eum: &
adeo fact⁹ ipotēs ad deo ſatiſfaciēdū ꝓ pctō: ꝙ nec
ꝓ ſe & ſua poſteritate q̄ culpabilr̄ ifecerat quoq̄uo ua
leret.loquendo ſtricte de ſatiſfactiōe. Quod.n.nec ꝓ

Quaꝛ primus hō ñ poterat ſatiſfaceꝛ ꝓ peccato.

ſe aut ſua poſteritate de ſtricto rigore ſatiſfacere neq
ret pʒ libro cur de⁹ hō.c.i.Quia di.dñs uenerabil' An-
ſelmus.Quod ſatiſfactio ē redditio equalētis alias i-
debiti. Nec equalēs ad humanū genus & ſeipʒ redde
re poterat. Et cum deo in actionibus ex collatis & in
paſſionib⁹ oibus deo ex pctō tenereꝛ:equalens ali-
quod indebitum reddere nō poterat ꝓut opportebat
¶ Secūdo maculā qua oēs infecerat & ſe : ab anima-
bus nullo mō q̄bat remouerē cū hoc dei ſit ſolius:qui
ſicut aiam p ſe creat:ſic & mūdat. ut magr̄ docet. lib.
ii.di.vii.& Augu.de trini.c.v. ¶ Tertio dñiū repende
re quo ſe priuauit dñium inq̄ carnis ad ſpm̄ p iuſtitiā
originalē:quā pditā recuperare ex ſe nō potuit. Et do
miniū quo ſoli deo eſſet cū ſuis ſubiectus.dñiū inſup
ad tēporalia & ut oiā ſibi ſuccederēt ad nutū : & ſine
difficultate parerent. ¶ Quarto debitum exſoluere ꝙ
exigebaꝛ.offenderat.n.& ſi finite quo ad actū:infinite
tū quo ad obm̄: & ſumme ipm̄ ihonorauerat ſibi crea
turā preponendo.q̄uo ergo aliq̄d ꝙ deo placeret pote
rat exercere ſicut offenſa diſplicuerat & ꝙ eēt bonum
tm̄ in ſe ſicut dei offenſa mala eſt cōprobata & tm̄ de
honore rependere quātum inhonorauerat? ¶ Quinto
diabolum ſubiicere ſub quo detinebaꝛ cū non ſit pote
ſtas que equipareꝛ ei:& ei iuſte q̄a ſe uolūtate diabo
lo tradiderat:ſubiiciebaꝛ:q̄uo ergo poterat ſe tuʒ ſuis
a ſuis euellere manibus & remouerē? ¶ Sexto cēlum
pctō clauſum ualebat ne hō ſibi apire & ſuis ſequaci
bus? certe nō.Quia ipſi⁹ eſt apire de quo dicit ꝑs.xv.
Tu es qui reſtitues hereditatē meā mihi & leonis de
tribu Iuda:cuius eſt apire libꝝ & ſoluere ſeptē ſigna-
cula eius Apoca.v.Aliis rōnibus poſſet deduci ꝓpoſi

tum:ſed ſufficiāt ꝑdicte.Sic ergo pʒ ꝙ primus homo
nec ꝓ ſe ſtricte loquēdo nec ꝓ quocūqʒ loquēdo pro
ſua poſteritate.uʒ.natura hūana poterat ſatiſfacere.
Sed nec aliq̄ pura creatura hoc ualebat . ¶ Nō Ange

Angel⁹ ñ poterat ſatiſfaceꝛ ꝓ pctō hois

lus ꝓpter iā dictas rōnes . Quia & ſi Angelus bonus
nō teneꝛ deo in paſſionibus ſed in actiōbus: nulla paſ
ſio fuiſſet intēſiue infinita & tā bona ſicut culpa fuit
mala.Itē quodlibet citra deū ē min⁹ deo quare nō ſuf
ficiēs.Itē nō Angelus eſt tā bon⁹ q̄ bona erat tota hu
mana natura quā primus hō peccādo infecerat & oc-
ciderat.Itē ſi Angelus patereꝛ ꝓ culpa hois hō rōna-
biliter Angelo ſubiicereꝛ ut ſuo redēptori & liberato
ri.Et ſic hō ad ſtatum primū nō reſtitueretꝛ: in quo ſoli
deo erat ſubiect⁹ & nulli creature.Quo concludiꝛ ꝙ ſi
Angelus q̄ eſt nobilior inter creaturas nō potuit ꝓ ho
mine ſatiſfacere a fortiori nulla alia creatura.Sʒ nun-
q̄d hō peccādo decuit adeo reparari? ¶ Rñdeꝛ ꝙ ſic.

q̄re hō p⁹ pctm̄ decuit reparari & q̄uo.

Primo quia totū corruptum erat in primis parētibus.
¶ Secūdo q̄a alio impellēte ceciderat . ¶ Tertio nec
propria malitia ſe infecerat. ¶ Quarto quia terminus
nec tp̄s penitendi tranſierat.Que oia fuerūt in Ange-
lis cadentib⁹: q̄rē decentiſſimū erat deum ipm̄ hoiem
reparare.Sʒ q̄uo & per quē debebat reparari? Rñde
tur ꝙ decebat reparari p uiā ſatiſfactionis: & per ho
minē deū.Et ꝓ primi euidentia eſt ſciendū ꝙ ſi conſi-
dereꝛ diuina potentia p ſe & abſolute.i. q̄a infinita &
nō cōiuncta iuſtitie & aliis perfectiōibus diuinis:pec
catum ſine ſatiſfactione deus pōt remittere. Sed quia
deus cūcta que agit iuſte & ſapiēter facit : Sic cū his
perfectionibus dei potentia cōiuncta:que potētia dei
ordinata uocaꝛ: deus pctm̄ inultū.i.ſine ſatiſfactiōe il
lius qui peccatū agit uel alterius ꝓ eo: dimittere non
ualet. ¶ Ratio primo:quia pctm̄ eſt cōtra dei uolūta
tem. ¶ Secūdo hoieʒ deo rebellē facit. ¶ Tertio pri
uat gratuitis. ¶ Quarto diſplicet deo. ¶ Quinto fugi
bile ſummū eſt. ¶ Sexto nihil inordinatū dei ſapiētia
ſinit eſſe in mūdo. ¶ Septimo ad pctm̄ ſemp ſequitur
pena peccati. ¶ Octauo ſi impunituʒ dimittereꝛ nulli
legi ſubiaceret & ſic eſſet equale deo. ¶ Nono apud
deum Iuſtus & iniuſtus idem habereꝛ . Quare ꝑtatis
pōderatis:ſiñ ſatiſfactōe pctm̄ mortale dimitti a deo
nō ualet. Sic .n.faciendo.i.pctm̄ puniendo:primo di-
uina iuſtitia declaraꝛ:que inſeparabiliter & inobliqua
biliter pctō annectit penam. ¶ Secundo dei ſapiētia.
Pena enim in peccati ſuppliciū ordinata eſt ad decorē
uniuerſi:& per conſequens : in laudem eſt diuine ſa-
pientie:que in modico turpari non ſinit uniuerſum.
¶ Tertio diuina preſciētia quā non aufugit peccatū:
ſed eidem penaliter ſubiicitur & ſupponitur & ſue le-
gi. ¶ Quarto honorificentia maieſtatis diuine. Que-
rendo eni ſuum honorem quē pctm̄ ademit & hoc pe
na debita:honor eius declaraꝛ & manifeſtaꝛ. Et ſi di-
catur.Si deus pctm̄ inultum nō relinquit: ubi eſt eius
miſericordia? ¶ Reſpondetur ꝙ dei miſericordia reſe
ratur tali punitione : non ꝙ deus nō puniat : ſed quia
in infinitum citra condignum punit : claret miſericor-
dia dei in ſuſtinendo peccatorem : poſt lapſum . In
erigendo a peccato:a quo per ſe ſurgere non poteſt.

In rēittēdo culpā & ſibi ab ipō illata. Sꝫ iuſtitia appet
in pūitiōe mitiſſima quā igerit pc̄tō i iſinitū citra ꝯdi
gnum. Et ſic uniuerſe uie dñi miſericordia & ueritas.
Sic ergo pꝫ ꝙ pc̄tū iultū dimi nō decet & ſine ſatiſſa
ctiōe. ¶ Sꝫ ꝓ euidētia ſc̄de ptis .ſ. ꝙ decuit ut ſatiſfa-
ctio fieret p hoīeꝫ deū: hoc declarat qbuſdā priꝰ attē
tis. ¶ Et primū ē ꝙ deꝰ hoiem cōdidit ad btitudinē di
cēte Salōne ſapiētie .iii. Oia pp te opatus es dñe. Et
Aug. i. cōfeſ. Feciſti nos dñe ad te & inqetū ē cor nr̄m
donec reqeſcat in te. hec ē cōcluſio Magri. ii. diſt. i. ne
igr̄ fruſtraret̃ intētū dinū aliqñ hō ad btitudinē pueni
re dēbat. ¶ Scd'ꝫ ē ꝙ ad btitudinē hō puenire nō po
terat de potētia dei ordinata: niſi ꝓ pc̄tō homis deus
ſatiſfaceret ut dcm̄ ē. ¶ Tertiū ē ꝙ primꝰ hō nec aliq̄
creatura ꝓ ipſiꝰ pctō ſtricte loq̄ndo ſatiſfacer̃ deo pote
rat. ¶ Quartū ē ꝙ deꝰ ē bonū iſinitū & cuicūqꝫ ſe iſe
riori uniret ad ſatiſfaciēdum deo pr̄i ſeu filio uel ſpūi
ſc̄tō: eēt ſufficiētiſſimū ꝑtiū. ut dicet̃ ifra fructu & con
formitate .xxxi. ¶ Quītū ē qa hō tenebat̃ deo ꝓ pctō
ſatiſfacere & nō poterat: & p ꝯñs p aliud maius hoīe
hoc fieri oportebat. ¶ Sextū ē ꝙ talē decebat q for
mā haberet & aſſumeret hūaꝫ. Rō. ex quo ꝓ hoīe ſa
tiſfaceret ut ꝓpria eēt ac ſic hō i primo eē libertatis
remanēt q̄ ſoli deo ſubiiciebat̃: et qa hō deo in hoc .ſ.
ad ſatiſfaciēdū tenebat̃. Quibꝰ pꝫ ꝙ p hoīeꝫ deū hō q
ceciderat decebat reſurger̃. Nā cū nulla creatura hoc
poſſet: & ꝓpoſitū dinū de hoīe nō dēbat fruſtrari: Et
iuſtitia ſatiſfactionē exigebat: ergo p aliqd maiꝰ hoīe
& q̄cūqꝫ creatura hoc fieri dēbebat: & iō p ſolū deū: &
nō niſi hoīem aſſumēdo: qa ſolus hō tenebatur. Et qa
paſſione ſola hoc habebat fieri ut ifra fructu & cōfor
mitate .xxxi. dicet̃: iō tali ſatiſfactiōe pēſata deū hoīeꝫ
fieri erat neceſſariū: ut p deū hoīem utpote bonū ſufſi
ciētiſſimū hō repararet̃. Sic ergo breuiter apparet di-
uine incarnationis cōgruitas . ac peccati primoꝝ parē
tū iniqtas. ob q̄ remouēdā necc̄ariū declarata nec̄citate:
fuit deū incarnari. ¶ Et qa in dītate tres ſūt pſone .uꝫ
pr̄ & filiꝰ & ſpūs ſcūs. quā harū pſonaꝝ decuit ad libe
rādā hoīem incarnari? Certe nō pſona patris ne pſ̄ual̃
dignitas offenderet. Offenderet̃ qppe ſi aliqñ filiꝰ eēt.
Inſup pr̄ cū a nullo ſit: nec ab alio mitti decebat nec
alteri ſupplicare: ne pſona alia prior eo in diuis eſſe ui
deret̃. Nec pſonā ſpūs ſci decebat incarnari: cuius eſt
ꝓcedere nō q̄uō natus ſed q̄uō datus. ut dic̄ magiſter
primo ſen̄. di. xvi. Quare eius ꝓprietatē ēt extrinſece
obfuſcari naſcēdo: de equo n̄ decebat. ¶ Perſona filii
naturā hūanā aſſumere dēbat: ꝙ & fec̄. Et ꝙ debebat
appet cōgruētiis pluribꝰ. ¶ Pria ut ſic̄ p uerbū oia ſūt
in eē cōſtituta & creata: ſic & p ipꝫ oia ad eē gratificū
forēt repata & reformata. ¶ Secūda ut q ē dei patris
filiꝰ in diuis: fieret hoīs filius in hūanis. ¶ Tertia ut
imago creata peccato obfuſcata: p imaginē increatam
dei filiū .ſ. q eſt imago patris reformaret̃. ¶ Quarta ut
cū p hoīeꝫ & ſi toti trinitati ſit offēſa illata: ꝑcipue tñ
dei filio q ē ſapia dei patris ſimilis & eq̄lis p oia pr̄i.
ipe .n. hō ſapiaꝫ ſilitudinē & eq̄litatē appetiit dei. q̄re
per ipm̄ dei filiū q eſt ſapia dei: ſimilis pr̄i & equalis:
decuit repari. ¶ Quinta p filiū quē pr̄ ut ſe diligit: de

q̄ pſona-
rū diuiaꝝ
debuit i-
carnari.

cebat nos in dei filios adoptari. ¶ Sexta decebat filiū
pr̄i ſupplicare ꝓ nobis & nō ecōuerſo. ¶ Septima per
illū .ſ. dei filiū a manibus diaboli dcebat nos liberari:
q eſt dei uirtus. ¶ Octaua p ipm̄ dei filiū q eſt heres
uniuerſoꝝ: nos decebat in hereditatē induci. ¶ Nona
decebat ut ille q ē in celis ſine mr̄e: carnē ſumeret de
uirgie mr̄e: ut utrāqꝫ natiuitatē acciperet: eternā d pr̄e:
tpalē de mr̄e: ut idē eēt & filius dei patris : & uirginis
matris. ¶ Decima qa decebat ꝙ ſicut genus hūanū i
eſſe exierat p uerbū increatū: & in culpā ceciderat de
ſerēdo uerbū inſpiratū: nec minus ſit ut dicit Aug. cō
dita repare q̄ in eſſe cōſtituere: ſicut non minus bn̄ eē
gr̄e q̄ ee nature: ſic & reſurgere p uerbū icarnatū. Alie
cōgruētie pn̄t adduci: ſed ꝑdcē ſufficiāt. Licet ergo mi
ſteriū incarnationis & opus tota trinitas ſit opata: i fi
lio tñ ſolo ē hec opatio terminata. ¶ Pater ergo eter-
nus nolens in ira circa hoīem miſericordias ſuas cōti
nere: ad liberādū hoīem mittere filiū ſuū dcreuit & or
dinauit. Et qa hoc erat maximū bn̄ficiū poſſibile hoī
conferri incarnatio .uꝫ. filii dei: ut uidelꝫ hō deꝰ & deꝰ
hō fieret: deuſqꝫ teſte Amos ut ſepe dictū ē nō faciet
uerbum ꝙ prius non loquat̃ ad ſeruos ſuos prophas:
Hinc eſt ꝙ hoc donū ſe daturum patribus ꝓmiſit .ſ.
Abrae gen. xxii. In ſemine tuo benedicent̃ oēs gentes
terre. Iſaac ge. xxvi. Iacob. ge. xxviii. dauid ps. cxxxi.
de fructu uentris tui &c̄. Suūqꝫ filiū incarnandū reue
lauit patribus & ꝓphis. Quo cognito deū affuturum
in carne hūana ꝑdixerūt: ut patet de Iacob gen̄. xlix.
Nō auferet̃ ſceptrū de Iuda & dux de femore eiꝰ do
nec ueniat q mittendus eſt: & ipe erit expectatio gen
tiū: de Balaā nūeri xxiiii. Oriet̃ ſtella &c̄. de Salomōe
ſapie. xviii. Cū qetū ſilentiū teneret oia: & nox in ſuo
curſu mediū iter hr̄et: ops ſermo tuus dñe a regalibꝰ
ſedibus uenit. De Iſa. c. vii. Ecce uirgo cōcipiet & pa
riet filiū &c̄. De Ieremia: ca. xxxi. Nouum faciet dñs
ſup terram: femina circūdabit uirū. De Baruch. ca. v.
Exue te Ieruſaleꝫ &c̄. De Dan̄. c. ii. In diebꝰ āt regno
rū illorū ſuſcitabit deus regnū celi ꝙ in eternū nō diſ
ſipabit̃ &c̄. De Ageo. c. ii. Ego mouebo celū & terrā:
& ueniet deſideratꝰ cunctis gētibus. De Zacharia. c.
ix. Ecce rex tuꝰ &c̄. De Michea. c. v. Tu Bethleē ter-
ra Iudea &c̄. Et ſeqt. Ex te .n. exiet dux &c̄. De Ma-
lachia. c. iii. Statim ueniet ad tēplū ſanctum ſuū dña-
tor &c̄. & ſic de aliis ꝓphis. qbus reuelās deus pr̄ ſui
filii in mūdū deſtinationē: de eius aduētu ꝓphauerūt:
& uētuꝝ in mūdū ꝑdicarūt. Et nō ſolū eū affutuꝝ ꝑdi
xerunt in generali: ſed eius uitam deſcripſerunt typis
& uerbis i particulari. ut fructu precedēti & cōformi
tate eſt dictū. Quam ꝓmiſſionē dei patris & ꝓphe-
tarum predictionē fideles attendētes: & per longum
tp̄s dilationē deflentes ad deum clamabant. ut pꝫ de
Moyſe Exo. iiii. Mitte dñe q̄ miſſurus es. De Dauid
q dicit ps. lxxix. Oñde faciē tuā & ueni. ut ſaluos fa-
cias nos & alibi. Saluuꝫ me fac deus; qm̄ intrauerunt
aque &c̄. Oſtende faciem tuā & ſalui erimus. Oſtēde
nobis dñe miſericordiā & ſalutare tuum da nobis. Et
ſponſa dei. cañ. vii. Veni dilecte mi &c̄. De Iſa. qui di
cit. c. lxiiii. Vtinam diſrumperes celos & deſcenderes.

A qbꝰ ꝓ-
phis ꝑdi-
ctꝰ ſit xp̄i
aduētus

De Dañ.c.ix. Propter te metipſm deus meus inclina aurem tuam & audi: aperi oculos tuos & uide deſolationē noſtrā. De Abacuc.c.i.di. Vſquequo dñe clamabo ad te & nō exaudies. uociferabor uiꝫ patiēs & nō ſaluabis. De Ieremia treñ.iiii. di. Recordare dñe qd acciderit nobis intuere & reſpice opprobriū noſtrū &c̄. & ſic de aliis. Quoꝝ clamoribus deus inclinatus & eis cōpatiēs. iuxta illud ꝙ habet i figura. Exo.ii. filii iſrael ingēiſcentes ꝓpter opera uociferati ſunt. Aſcēditqꝫ clamor eoꝝ ad dñm & audiuit gemituꝫ eorum. Et ſequitur.c.iii. Quod dñs ait Moyſi. Vidi afflictionē ppli mei & clamorē eius audiui. Et ſciens dolorē eoꝝ deſcendi ut liberarē eū. Et Iſa.ca.xix. ꝑdixerat. Clamabunt ad dñm a facie tribulantis: & mittet eis ſaluatorē & ꝓpugnatorē qui liberet eos. Attamen ipſe deus: cuius ſapientie no eſt numerus: et ſi tot clamoribus ſanctoꝝ pulſaret & ꝑcibus: ac multos deſtinaſſet ꝓbos & ſctōs uiros ad reformādū pplm ab eo electū.ſ. filios iſrael: & hoc tpe legis late pcipue: ante tñ miſerat quoſdā ad totū genus humanū reformādū.uꝫ. ¶ Prio tpe miſit pr̄es.ſ. Seth & Enos q incepit inuocare nomen dñi. Enoch q trāſlatus eſt in paradiſum: & ſic de aliis. Noe q in diebus ſuis. Ecci. xliiii. īuēt⁹ ē iuſt⁹: & ſic de aliis pr̄ib⁹. ¶ Secūdo miſit pr̄iarchas.ſ. Abraā Iſaac Iacob cum.xii. filiis ſuis. ¶ Tertio miſit rectores.ſ. Moyſen & Aaron. ¶ Quarto miſit principes.ſ. Naaſon. Aminadab & Salmō. ¶ Quinto iudices. ſicut pꝫ per totū librum Iudicum. ¶ Sexto Reges ut dauid & alios. ¶ Septio Sacerdotes. ſicut Eleazar Phinees Heli: & ſic de aliis. ¶ Octauo. Prophetas ſicut Samuelem Nathā Heliā: & ſic de aliis. ¶ Nono miſit duces. ſic̄ Zorobabel & Salatiel. ¶ Decimo uiros iuſtos & bonos. ſicut tpe. Heſdre. Iudith. Heſter & Machabeoꝝ: quoꝝ tpibus fuerūt multi uiri perfecti. ut patet de Tobia. Mardocheo. Heſdra. Neemia: & ſic de aliis. Hos & ſīles deus pr̄ miſit nō ad redimendū genus humanū: ſed ad reformandū: loquēs p eos pr̄ibus & fidelibus. nō tñ tpibus ꝑfatoꝝ pr̄ celeſtis: & ſi ꝑfatos ad excolēdū ſuā miſiſſet uineā: filiū ſuuꝫ uoluit deſtinare nec mittere. Et q̄uis rō hui⁹ ſit notiſſima deo: nobis tñ poterit apparere ſi ſolutio

Cur xp̄us ſtatiꝫ poſt lapſū hois ñ ē miſſus

quorundā uideaꝛ dubioꝝ. ¶ Primū dubiū eſt cur non ſtatim poſt lapſum primi hois filius a pr̄e ad liberandum hoieꝫ eſt miſſus. uideꝛ eni ſic debuiſſe fieri: rō qa q cito bñficiū dat bis dat. Inſup cū miſericordia mūero ſit ſemper ꝑſtanda: tali ſtatim miſſione & primorū parētū reparatiōe: uideꝛ ꝙ fuiſſet ꝑſeruatio hūani generis a malo: q̄re ſtatim ut uideꝛ uenire debebat & dingi. ¶ Rñdeꝛ ꝙ multiplex cōgruētia ad hoc pōt aſſignari: & rō una ſola: qa uoluntas dei ſic uoluit exercere: cuius uolūtatis cā nō eſt querēda. Cū ipſa ſit prima oium cā: & qua oia ſapiēter agit. ¶ Prima tñ cōgruētia aſſignaꝛ a doctoribus ꝙ remediū ſic eſt adhibenduꝫ morbo ut morbus cognoſcaꝛ: medicina queraꝛ: & remediū cōceſſum acceptū & gratū hēaꝛ: ut pꝫ experiētia. Infirmus.n. ſi ſtatim a ſua liberareꝛ infirmitate: nō medico ſed nature iputaret: nec ſuā agnoſceret infirmitatē quanta.ſ. laboraſſet: nec bñficiū ſanitatis uti eſt acceptaret. Sed cū diu infirmitatē patiꝛ & agnoſcit qd patiꝛ & uidet ſe p naturā nō poſſe liberari: tūc querit mediciꝫ: & ſi liberaꝛ: magnum putat a medico ſibi collatū bñficiū. Hac de cā de⁹ uoluit hoieꝫ cognoſcere ſuā infirmitatē q̄ magna eēt: ut diceret cū p̄s. Iniquitates mee multiplicate ſunt ſup caput meum: & ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Et infixus ſum in limo ꝓfundi & nō eſt ſubſtātia. Totū.n. genus hūanuꝫ infectū fuit & infirmatū. Voluit ēt deus ꝙ experireꝛ ſi a ſua infirmitate naturalibus poterat liberari: & hoc tpe legis nature. Et cognouit ꝙ non. Inſup ſi auxilio alicuius creature. Et hoc tpe legis date. Et hoc nō: qa lex non iuſtificabat ſed fides futuri. Quare uidens homo infirmitatē ſuā nec ſe nec alio creato poſſe iuuari: & ꝙ multiplicate ſunt infirmitates poſtea accelerauerunt.ſ. ad deū ad petēdū liberationem: dicēs libera me de ſanguinibus. libera me de aqs multis. Quod figuratum fuit in filiis Iſrael tā exñtibus in egypto: q̄ tpe iudicū exñtibus in terra eis tradita a dño: q cum a dño receſſiſſent: ingemiſcētes ꝓpter illa que patiebantur clamabant ad dñm. Et quia infirmitates agnoſcebāt: deſcendebat deus & mittebat eis ſaluatorē qui liberaret eos. Sic ergo humanū genus agnoſcens reatuꝫ ſuū & iniquitates ac infirmitates ſuas: Ipſoqꝫ di. cum ꝓphta: miſerere mei dñe: qm̄ infirmus ſum. Sana me dñe: qm̄ defecit uirtus mea. Tūc ipſe ſaluator uenit. di. Mat.viii. Ego ueniā & curabo eū. Venit eni tūc magnus medicus qñ totū humanū genus per mūdū iacebat egrotū: ut dicit Augu⁹. Tunc agnouit medicū & eius remediū ſibi fore opportunū. ¶ Secūda cōgruentia aſſignaꝛ a doctoribus ex pte deſcēdētis. Quia eni magnus dñs & deus ueniebat: ne eius aduent⁹ ab hominibus ignorareꝛ: & ut debite recipereꝛ: longā preconum ſeriē ꝑcedere decebat. Ideo primo per pr̄es. Secundo per ꝓphas. Tertio per legē. Quarto p regnuꝫ & ſacerdotiū deū incarnandum eſt ꝑdictū. ſtatim.n. ne eius aduētū homies nō agnoſcerēt noluit uenire. Sed poſtq̄ typis & uerbis ē declaratus hoibus: tūc rex regū uenit in mūdū. ¶ Tertia cōgruētia modus in operibus a ſapiēte debet ſeruari. Et modus eſt ut de iperfecto ad perfectū ꝓcedat: & nō ecōuerſo. Propterea decuit dei filiū incarnari nō i initio tēpoꝝ: ſed in fine: ut ſicut primus hō q fuit totius mūdi ſenſibilis ornamētū ultimo fuit cōditus. uꝫ. ſexta die: Sic ſecūdus hō totius mūdi reparati cōplemētū: in quo primū coniungiꝛ cū ultio.ſ. deus cuꝫ limo: decuit ut fieret in fine tēpoꝝ ſexta. uꝫ. mundi etate: qua & tp̄s grē icepit: & ipſe deſideratus aduenit. ¶ Quarta cōgruētia diſtulit pr̄ eternus mittere filiū: quia locus dignus ꝓ eius incarnatione nō eſt reptus.ſ. uirgo maria. queſita.n. eſt diu in oibus finibus Iſrael aliq̄ ꝓ loco dei nec eſt inuēta: qa nulla illa puritate nitebat: q̄ ſub dō maior neqt itelligi: & ſic de aliis uirtutibus & gratiis qb⁹ decebat eā ut dei eēt mater adornari. Sed nūquid deus potuit iſtū locū ꝑparare oi tpe.ſ. beatā Mariā? Certe ſic. Sed cōgruit ut ipſius dei genitricis prius pfectio declareꝛ & poſtmodū adeo in eſſe ꝓduceretꝛ: ut q̄nta eēt beate Marie excelētia & ſctitas declarareꝛ ſeu demōſtrareꝛ.

quare prius ſigurari debuit: & uerbis ſua excellentia
declarari.que duo & ſi aliquãdo ſint facta ſimul: attñ
figurata eſt patrum tẽpore: & declarata per pphẽtas.
Cum ergo totũ uetus teſtm̃ horũ duorũ.ſ.pſuʒ & p-
phetaꝝ tẽporibus decurrat:nõ in tpe pdictorũ ſed in
fine:deus pater naſci uoluit btãm Mariam:ut ſicut ab
eterno eam deputarat matrẽ pro filio: ſic & in tpe eã
faciendo naſci:locũ aptum pro filio diſponeret & pre
pararet.Hac reperta ad dei filium ſuſcipiendum apta
tam natura q̃ grã:a deo patre miſſus eſt angelus ga-
briel:ut eideʒ in ea dei filium incarnandũ nũciaret: &
fieret:ipſa aſſenſum pbente. Congruentie alie multe
poſſunt adduci:ſed pſate ſufficiant:quia de hac mate
ria dictũ eſt p me ſufficiẽter in ope de uita uirgis bea
te.fructu.xvi.Sic ergo apparet quare pater eternus:fi
liũ ſtatim poſt peccatũ nõ miſit.❡Et ſic patet ad pri-
qre de? ñ — mũ dubiũ. ❡Secundũ dubiũ quare hoc beneficiuʒ in
diſtulit be — finem mundi nõ eſt protenſum: ad ipſum homini con
neficiũ re — ferendum:ex quo dilatũ eſt p quinqʒ milia annorum.
dẽptionis — ❡Reſpondeo q hoc factũ eſt decentiſſime:qa ſi uſ-
uſqʒ i finẽ — que in finem incarnari diſtuliſſet:nec miſericordia dei
mundi. — apparuiſſet aliqñ:ſed ſolũ eius iuſtitia qua puniebat.
Nec miſericordia ſuum tẽpus habuiſſet.Inſuper eius
aduentus nimis tardus fuiſſet:quia nec morbo reme
dium penitentie:nec opportunitas ex tpe medio ante
iudicium:hoi currendi ad brauiuʒ affuiſſet. nec tẽpus
grẽ melius fore q̃ peccati eſſet oſtenſum. Sacrorũ pe
nitentie aut doctrine euangelice tpš:nõ fuiſſet debite
ordinatum.Quare his de cauſis miſericordiã ſuã uſqʒ
ad iudicium deus nõ retinuit: ſed tẽpore plenitudinis
gratie adueniente:ad liberandũ hoiem pater filiũ di-
rexit & miſit. Sic ergo apparet:q miſſio filii a patre
nõ debuit eſſe ſtatim poſt peccatũ: nec uſqʒ in finem
debuit differri.Quare de iſto beneficio loquẽdo:cum
fuerit maximũ nõ debuit dari ſtatiʒ poſt peccatũ:ſed
prius precognoſci:quia ſicut nullũ beneficiũ eſt dãdũ
niſi pcognoſcenti:ſic nec iſtud.Inſuper & ſi illam miſe
ricordiam ultimã deus nõ dederit hoi:plures tñ dedit
poſt peccatũ:utpote ipm̃ i eſſe dimittendo:quo debe
bat priuari de rigore iuſtitie. Ipm̃ ad penitentiã reſer
uando & grãm infundendo.Et ſic de aliis.❡Et ſi di-
qre ante — catur:cur deus ante peccatũ filiũ nõ miſit. ❡Reſpon
pctm̃ xps — detur primo:quia paruũ tẽpus fuit inter conditioneʒ
nõ ẽ incar — hois & eius lapſum:& tantum eius beneficium agno
natus. — ſci debebat:q fieri nõ potuiſſet. ❡Scdo quia cũ na-
ſci deberet ex femina: & nulla tunc eſſet niſi Eua:ex
ea carnem ſumpſiſſet:& tunc uel fuiſſet cognita po-
ſtea ab Adam:Et ſic inconueniẽs fuiſſet q defloraret̃
per hoiem:Et ſi nõ:opportuiſſet deum in adiutorium
primi hois aliam mulierem cõdidiſſe:ut ex ipſis gen?
ppagaret̃ humanũ.❡Tertio uel Eua potuiſſet pec-
care poſt·uel non:ſi ſic:indecentiſſimũ eſſet ut mater
dei aliquãdo peccaret: Si nõ:& tunc fuiſſet cõfirmata
in grã:& ſic nõ potuiſſet mori: contra ſcripturam di.
Ecci.xvii.Quod deus fecit hoieʒ rectũ &c.Sequitur.
Poſuit ante eũ uitam & mortẽ &c. Et cõtra doctores
dicentes.Primos parentes conditos eẽ: ut poſſent nõ
mori:ſed nõ q non poſſent mori.Sic ergo patʒ:q nec

ante peccatum:nec imediate poſt ſeu in fine circa iudi
cium pater miſit filium.❡Sed quo tẽpore?Reſpõdet
Apſus ad gal. iii.di. q ubi uenit plenitudo temporis:
miſit deus filium ſuum.Preceſſerat tpus legis nature
& legis ſcripte.Reſtabat tẽpus gratie.In hoc ſiquidẽ
tẽpore miſſus eſt de ualle ebron Ioſeph a patre.i. dei
filius de celis a patre eterno:ad uiſitandum frẽs ſuos.
Et ſic uenit in ſichẽ.i.in uallem hanc laborioſaʒ & mi
ſerie:ut in figura habet̃ geñ.xxxvii. Tunc ſermo do
mini a regalibus ſedibus uenit ſapientie.xviii. Tunc
uenit dauid in nobe.i.reꝫ.xxi.Et ad gẽtes apoſtatrices
miſſus eſt Ezech. ca.ii. Moyſes in egyptum Exo.iii.
Helias in berſabee Iuda.iii.reꝫ.xvii. Neẽias in Iudeaʒ
Nee.ii.Iſaias eſt miſſus a dño.Iſa.vi. Abacuch uenit
in babilonẽ. Dañ.xiiii. Et Ionas ad niniuitas.Ioñ.i.
Et ſic de aliis figuris ueteris teſtamẽti: figurantibus
hanc piiſſimã filii a patre miſſionẽ: & ad nos aduẽtũ.
Tunc arcus poſitus eſt in nube.geñ.viii.Columba a
Noe dimiſſa.geñ.vii.Archa federis dñi poſita ſub tẽ
toriis.Exo.ultimo. Et tabernaculum domini in ſylo.
Ioſue.xviii.Maieſtas domini ingreſſa eſt tẽplum dñi.
iii.reꝫ.viii.dñs ingreſſus eſt nubem & egyptũ.Iſa.xix.
A femina dñs circundatus.Iere.xxxi.per portaʒ clau
ſulam ingreſſus eſt dominus. Ezech.xliiii. Lapis exci
ſus eſt de monte ſine manibus.Dañ.ii.Et ſol nube eſt
tectus.Ezech.xxxii. Et ſic de aliis. ❡Sed aduerte q
Apſus dicit:q in plenitudine tẽporis eſt filius a patre — qrẽ tẽpus
directus.Vocat enim tẽpus xpi aduentus: tẽpus ple- — grẽ dr̃ tps
nitudinis.❡Primo:quia tunc uenit plenitudo.i.xpus: — plenitudis
in quo eſt ois plenitudo gratie & ueritatis. Io.primo.
❡Secũdo:quia mater eius maria: in plenitudine grẽ
& ſanctoꝝ eſt poſita & locata.Ecci.xxiiii. Naʒ marie
plenitudo gratie eſt collata:ut dicit Ieronym? in ſer-
mone de aſſumptione.Hodie &c. ❡Tertio:quia pri
mo gratia creata inerat hũano generi:ſed tunc gratia
increata aie xpi eſt iuncta & unita: & ſic omnis pleni
tudo deitatis homini aſſumpto eſt cõicata. ❡Quar-
to oia ppetrata figurata & pmiſſa per ueritatẽ xpm
adipleta ſunt & terminata. ❡Quinto plenitudo gra-
tie eccleſie pro ſuis membris ad merendũ data eſt &
conceſſa:quia omnes accepimus de plenitudine eius.
Io.primo.❡Sexto:quia ſũma gratia.i. bñficiuʒ ſũme
gratuite incarnationis dei:eſt nobis adeo patre dona
tum:Et demũ tẽpus plenitudinis:quia ſexta mũdi eta
te: qua non iuſtitia ut prius: ſed miſericordia dñi &
gratia cũctis apparet fidelibus:quare merito tempus
gratie & miſericordie dicit̃ & uocatur.Hoc ergo in tẽ
pore dei ſapia.i.dei filius uenit: ſed quid eius aduẽtu
eſt a nobis perceptum:fructu dicet̃ & cõformitate ſe
quenti.❡In hoc ſi quidẽ tẽpore uerũ meſſiam.i.deũ:
hoiem aſſumpſiſſe & oculis apparuiſſe mortaliũ:oſtẽ
dũt.❡Primo a pphetis uaticinata.ſ.Iacob.geñ.xlix.
in bñdictione data Iude. Nõ auferet̃ ſceptruʒ de iu-
da &c.que ipleta eſt tẽpore herodis regis iudeorum:
qui nõ fuit iudeus ſed idume?.|A Dañ.c.ix.poſt.lxx.
hebdomadas annoꝝ &c.Que pphetia ipleta ẽ.xviii.
Tiberii iperatoris anno quo tẽpore xps paſſus eſt.
Ab Ageo.c.[illegible].di. poſt modicum ego mouebo celum

& terraꝫ. & ueniet deſiderat⁹ &c. Sequitur iplebo do
mum hanc gloria &c. que ipleta eſt beata maria in tẽ
pluꝫ filium pſentante: & ſic de aliis ꝓphetiis. ¶ Secũ
do hec oſtẽdunt que dicta ſunt de meſſia & figurata:
in xp̃o terminata: de hoc dictuꝫ eſt ſerioſe fructu ꝓ
miſſo. Et quia illa debebant impleri in aduẽtu Meſſie
& impleta ſunt in .d. Ieſu pꝫ ꝓpoſituꝫ. ¶ Tertio oſtẽ
dit hoc unctionis iudeorum ceſſatio. Dañ. ix. Cũ ue
nerit ſanctus ſctõrum ceſſabit unctio ueſtra. Sic alle
gatur hec auctoritas ab Aug. & ſic habeẽ in alia trãſ
latione. Sed cum iudei nõ habeant unctionẽ regalem
nec ſacerdotalem: pꝫ ꝓpoſitum. ¶ Quarto hoc oſten
dit ipſorum iudeoruꝫ captiuatio & deſolatio: que per
mortem ueri meſſie & xp̃i eis euenire debebat: ut ha
beẽ Dañ. ix. que captiuatio & diſſipatio ac deſolatio
uſqꝫ in hodiernũ dieꝫ: ab anno q̃drageſimo poſt paſ
ſionẽ dñi uiget. ¶ Quinto oſtendit hoc iudeorũ atte
ſtatio. Ioãnes .n. baptiſta fuit iudeus & ſanctus: & ip̃e
perhibuit xp̃m ueniſſe dicens Io. ii. medius ueſtrũ ſte
tit: quẽ uos neſcitis &c. Et infra diciẽ: ꝙ Ioãnes teſti
monium perhibuit: ꝙ Ieſus eſt filius dei. Simeon iu
deus fuit. Paſtores qui xp̃m adorauerunt: ẽt ipſi xp̃m
ueniſſe perhibuerunt teſtimoniũ. Luc. ii. ſicut ẽt Ioſe
phus qui fuit nobilis iudeus. xviii. antiquitatũ libro:
de chriſto Ieſu loquens: ubi expreſſe ponit ꝙ Ieſus
fuit uerus xp̃us .i. meſſias in lege promiſſus. ¶ Sexto
Sibilla erithrea. hoc oſtẽdit gentilium aſſertio. Sibilla .n. erithrea que
fuit tẽpore Ezechie & nũme Pompilii ſecũdi regis ro
manorum: in expõne ſomnii uiſi ſimul a centum ſena
toribus: qui uiderũt nouẽ ſoles: & per hos ſoles intel
ligendo .ix. generationes: ſic inquit. ¶ In diebus quar
te generatiõis exurget mulier de ſtirpe iudeoꝝ nomie
Maria: habẽs ſponſuꝫ noie Ioſeph: & ꝓcreabitur ex
ea ſine cõmixtione uiri: de ſpũ ſctõ filius dei nomine
Ieſus. Et ipſa erit uirgo ante partũ: & uirgo poſt par
tum. Qui uero ex ea naſceẽ: erit uerus deus & uerus
hõ: ſicut oẽs ꝓphete ꝑdicauerũt. Et de tp̃e ſubdit. In
diebus illis erit Ceſari Auguſto celebre nomẽ. Et re
gnabit in roma. Et ſubiciet oẽm terraꝫ ſibi. Et plura
dicit ibidem. de quibus uide in ope a me edito de ui
Sibilla tiburtina. ta beate marie fructu. xxviii. ¶ Hec eadem ſibilla ti
burtina nõ ſoluꝫ ꝑdixit: ſed et uirginẽ mariaꝫ cũ filio:
Albumaſar. Octauiano imperatori oſtẽdit in celo. ¶ Albumaſar
ſexto maioris introductorii differẽtia prima ponit con
cordans cum aſtrologis: babilonis grecis & egiptiis:
qđ tẽpore Octauiani imperatoris puella uirgo pul
Calcidius ſup thimẽ. platonis chra pareret filium noie Ieſuꝫ. ¶ Calcidius ſuper ti
meũ platonis: ponit ꝙ ſtella quedam creata fuit deſſi
gnans ortum & deſcenſum dei: ad hũane cõuerſatio
nis grãm mortalium. Cuius inſpectione ſtelle: ſapien
tes caldeorum queſiſſe recentem ortum dei. Reper
taqꝫ illa maieſtate puerili: eã ueneratos mũera & uo
ta tãto regi cõuenientia miniſtraſſe. Magos ẽt de qui
bus dicit Calcidius queſiſſe & adoraſſe deũ natum .ſ.
dñm Ihm in diebus herodis regis eſt certum. ¶ Cen
turio ille gentilis deum aduenisſe cognouit in carnem
dñm Ieſum xp̃m: quãdo ip̃m adire domũ ſuã nõ per
miſit indignum ſe eſſe ꝓfitendo: ut ſub eius tecto tan
ta celſitudo intraret. Matt. viii. ¶ Alter cẽturio paſſio
nis xp̃i tẽpore & deum in carne ueniſſe: & dñm Ihm
eſſe filium dei ꝓfeſſus eſt ut pꝫ Matth. xxvii. ¶ Nec
mirum eſt ſi per ora gentiliũ dñs aduentũ ſuuꝫ uoluit
eſſe cognitum & teſtatum: quia ipſe ad redimendũ tã
gentiles q̃ iudeos uenerat: & facere de eiſdem unum
populum & unum ouile: quorum oium ip̃e eſt paſtor.
Et ideo Dauid ꝓpheta dicit ꝙ dñs de xp̃i aduẽtu &
fiendis per eum. Narrabit in ſcripturis populorum.
¶ Septimo ſuperioꝝ ſpũum ꝓclamatio: eius .n. aduẽ
tum & incarnationẽ. Angelus ꝑdixit. Lu. primo: dixit
Ioſeph. Mat. primo. Euangelizauit eius ortum paſto
ribus. Luc. primo. Angeli qui in eius ſacro ortu cecine
rũt gloriam deo. Luc. ii. Qui ipſi ſeruierũt in deſerto.
Matt. iiii. Et eius reſurrectionem annũciauerunt: ut pꝫ
in euangelio. Mat. Mar. Luc. & Io. circa finẽ. ¶ Octa
uo demonũ ꝓclamatio hoc oſdit: demones eni Ihm
eſſe filium dei: & ueniſſe ad eos torquendũ clamarũt.
ut pꝫ Matt. Mar. & Luc. ix. Hoc oſtendit miraculoruꝫ
operatio: ſuſcitatio .n. mortuoꝝ & aliarũ curatio infir
mitatum ſolo iuſſu & uerbo: ip̃m eẽ deum & ueniſſe
in carnem oſtendũt. ¶ Decimo oſtẽdit hoc inimicorũ
xp̃i deiectio & ꝓſtratio .ſ. iudeoꝝ. Imperatoꝝ & tirã
norum: Ieſum & ſuos perſequẽtiũ: quorũ nõ ẽ memo
ria amplius: miſerabiliter eni mortui ſunt & extermi
nati. Et lꝫ ſint multa alia ꝓpoſitũ oſtendẽtia: ꝑdicta ta
men .x. ſufficiant ad p̃ſens. Quibus arguo .d. xp̃m deũ
eſſe: & a patre deſtinatũ & miſſum: ut dicit hec prima
pars p̃ſentis fructus & cõformitatis: uꝫ Ihs emiſſus
celitus: & dicta ſufficiant ꝓ eius breui expõne.

¶ Expoſitio ſecunde partis ſecundi fructus: uꝫ. Fran
ciſcus deſtinatur.

Xpedita prima parte iſti⁹
ſecundi fructus & confor
mitatis. uꝫ. Ihs emiſſus ce
litus. Conſequẽter declarã
da eſt ſecũda pars eiuſdem
fructus & cõformitatis ſci
licet Franciſcus deſtinatur.
.ſ. a deo ipſe eſt emiſſus: &
deſtinatus. Circa cuius ex
poſitionem ſunt tria uiden
da. ¶ Et primũ ꝙ btũs Franciſcus fuit a dño deſtina
tus. ¶ Secundũ de tẽpore: quo fuit & debuit deſtina
ri & mitti. ¶ Tertiũ ad quid faciendũ a deo. b. Fran.
eſt directus & tranſmiſſus. Quibus uiſis patebit expõ
huius ſcđe partis iſtius fruct⁹ & cõformitatis. Quã
tum ad primũ b. Franciſcũ directũ miſſum & deſtina
tum a dño multa oſtendunt. ¶ Et primũ eſt ſacre ſcri
Scriptura oſtẽdit. b. Frãciſcum miſſum a deo. pture figura: ubi aduertendum eſt ꝙ ut dictũ eſt fru
ctu & conformitate p̃cedẽti: quia b. Frãciſcus gratia
diuina faciente: fuit Patriarcha. Propheta. Apls. Mar
tir. Doctor. Confeſſor. Virgo. & angelus. & xp̃o pre
aliis ſanctis cõformior: ut p̃ſens opus declarat: Si fi
gure capitis xp̃i ad mẽbra poſſunt aliqñ coaptari .i.
ad ſanctos: a fortiori. b. Franciſco: & quia ſimilis fuit
omnibus ſanctis & electis per figuras omniũ põt fi
gurari: quare per miſſos directos & deſtiatos a dño:

& ab his qui dñi uicem ſeu figuram retinēt ꝑculdu-
bio figurat.uꝫ.per Ioſeph directuꝫ a patre ad fratres.
geñ.xxxvii.Per iudam miſſum a Iacob.geñ.xlv. Per
Moyſen in egiptum directum. Per dauid miſſum ad
Saul.i.ꝝ.xvii.Per Heliā miſſum a dño in bethel.iiii.
ꝝ.ii.Per angelum miſſum a dño ad percutiēdum ca-
ſtra regis aſſiriorum ſcđi paral.xii. Per Neemiā miſ-
ſum in iudeam. Nee.ſcđo.Per Abacuch miſſuꝫ in ba
bilonem. Dañ.ca.xiiii.Per Iſa. miſſum a dño Iſa.vi.
Per Iere.Iere.i. Per Ezechielē miſſum ad gentē apo
ſtatricem.Per Ionam miſſuꝫ in niniuē.Ione primo.Et
per Ioan.baptiſtam:ut dicetur miſſum a dño.Io.i. Et
ſic de alııs que ad btūm Franciſcuꝫ poſſunt ueraciter
applicari.& quia btūs Franciſcus eſt Ioſeph rōne ua
ticinii prophetalis.Iudas rōne collaudationis diuine.
Moiſes rōne imunitatis a ſcelere.David in diaboli ſu
peratione.Helias in obſeruantia diuine legis. Ange-
lus rōne puritatis.Neemias in zelo.Abacuch in car-
nis ſubiugatione.Iſaias in ſanctificatione. Ieremias ī
cōpaſſione.Ezechiel informatione.Ionas ſimplicita-
te.Ioan.baptiſta pnie exhibitione.Quia igit̃ b.Fran-
ciſcus uirtute conformitatis ꝑſate iſtis eſt ſilis: p ipos
habꝫ figurari:& per ipſorū miſſionē. Et quia multa.
uirtuoſa b.Franciſcus exercuit. Et hoc circa diuerſos
ideo ad diſtincta loca & actus more ꝑſatoꝝ dicitur
deſtinatus & miſſus:ut in ſequētib⁹ apparebit. Et ꝑ-
cipue conformitate decima:quādo de ipſius aget ꝑ-
dicatione. Succincte tñ pōt dici.b.Franciſc⁹ miſſus ut
Ioſeph ad fratres:cum trēs congregauit: profectū or
dinis ꝑdixit:& coꝝ conſciētias ſerenauit.Et hoc ipſo
b.patre in curru transformato:ut iudas ē miſſus a Ia
cob:ad Ioſeph:cum oēm intētionē tam ſuā q̄ fratruꝫ
agebat & docebat iactare in xp̄m dicēs fratrib⁹ eos
mittēdo.Iacta cogitatum tuum in dño: ac oia ad xp̄i
gloriam referēdo & laudē.Vt Moiſes ad egiptū quan
do multos de errore preſentis uite & tenebris ad lu-
men ueritatis ſua ꝑdicatione perduxit.ut patuit in fra
tre pacifico & latronibus per ipſum cōuerſis. Vt Da-
uid ad Saul eſt directus:qñ cithara.i.cruce xp̄i a de-
monio plures liberauit.Vt Helias ad bethel.i. ad ſan
ctam Mariam de Angelis:ad quē locū zelum habuit
& amorem pluſq̄ ad alia loca ordinis. Vt Angelus eſt
miſſus ad percutiendū:quādo a ciuitate aretii demo-
nes eiecit:& ad pacē ciuitas ē reducta. Vt Neemias
directus in iudeam:ut hedificaret ciuitatem hieruſa-
lem.quia b.Franciſc⁹ datus eſt a xp̄o in lucē gentiuꝫ:
ut dicet̃:& reparationeꝫ Ierl'eꝫ.i.eccleſie terreſtris: ut
xp̄us eidem dixit.Et dñs Innocētius terti⁹ in ſuſten-
tatione eccleſie lateranēſis a btō Frāciſco: cōſpexit.
Vt Abacuch:quādo habita prima regula Frāciſci ꝑci
bus annonā ſibi & ſotiis:deus ab hoie incognito dire
xit.Sicut & in mari fecit ſclauonie ſubueniēs nautis.
Vt Iſaias miſſus eſt:quando eius uerba erant calculo
ignito.i.ſpū ſctō plena:& taꝫ ſeculares maſculos q̄ fe
minas ad xp̄m conuertit.ut patuit in tribus ab eo in-
ſtitutis ordinibus.Vt Ieremias eſt miſſus ad cōpatien
dum cūctis.quia oibus quibus nō poterat dare cen-
ſum:ſeipſm ꝑbebat & affectum. Nulli rei parcebat ſꝫ

oia dabat:& ſuperipendere ſemetipſum cupiebat.Vt
Ezech.ad infideles eſt directus cōuertendos.Nā ſol-
danum ad xp̄m conuertit:ut patebit fructu & cōfor-
mitate.xxxix.Vt Ionas ad Niniuē: quādo btūs Fran
ciſcus eundo per mūdū:tam exēplo eius q̄ uerbo:mul
ti oia dimittentes:ad xp̄m conuerſi ſunt: & uitā aſper
rimam actitarunt: adeo ut fratribus per ipꝫ fuerit in
quodam generali caplo mandatū: ꝙ loricas circulos
& huiuſmodi oino deberēt deponere. Vt baptiſta Io
annes eſt miſſus ut dicet̃. Non ſolū ad pniam ꝑdican
dum.Propter qđ & ordinē unum fecit: qui titulo fra
trum de pnia ꝑnotatur:ſed ēt directus eſt ut uiam pa
raret xp̄o.i.uitam xp̄i euangelicaꝫ reformaret:& xp̄ꝫ
crucifixum in cordibus fidelium cōplātaret. Sic ergo
prefatis & ſimilibus figuris apparet directio.b.Fran
ciſci & cā figurarum b.Franciſco applicataꝝ. ¶ Sed
inter alias ad noſtrum ꝑpoſitū eſt figura de columba
Noe ex archa emiſſa:que teſte Ioachim ī expoſitio-
ne Ieremie & in aliis locis pluribus. b.Franciſcū & or
dinem eius ſignificauit. Nam ordo minorum ab ipſo
ordo colūbinus uocatur:tam conformitate coloris in
habitu:q̄ ꝑprietate & colūbe effectibus.a Noe ergo
columba emittitur quādo.b.Fran.a xp̄o & deo patre
ad mūdū deſtinatur. Sed ex archa quia inſignitus fi-
de perfectiſſima ſancte romane eccleſie. Sed aduer-
te ꝙ bis Noe ex archa emiſit columbā:quia bis Frā-
ciſco fuit reuelatum ut dicetur ꝙ nō ad loca ſolitaria
iret ad morandū:ſed ad ciuitates caſtra & uillas:quia
ad conuertendū animas ſua ꝑdicatiōe a deo erat dire
ctus.Sed ſecūda uice.b.Franciſc⁹ portauit ramū oli-
ue ad Noe:quia ſecūdo facta ſibi reuelatione a xp̄o:
ut iret ad ꝑdicandū:ſtatim acceſſit. Nec ſolum paceꝫ
primo ſp annunciando:ſed a xp̄o longinquos ad xp̄ꝫ
pacificatos uerbo ſue ꝑdicationis reducēdo. Nā ꝑdi
catione eius tunc hoies de cānario audiētes: tam ma
ſculi:q̄ femine caſtrum uolebāt relinquere.Propter qđ
tertiū ordinē cōem qui fratrū de pnia intitulat̃ inſti-
tuit.Sic ergo & ſi Franciſcus primo emiſſus.i. cū ſibi
primo reuelatum fuit ꝙ iret ad ꝑdicādū: magnū fece
rit fructū.In ſecūda tñ emiſſione.i. poſt ſecūdā reue-
lationem:maiorem fecit:quia tertiū ordinem de ho-
minibus & mulieribus ad xp̄m cōuerſis inſtituit. Sic
ergo apparet miſſio & directio bti Franciſci ſcriptu-
re ſacre figura. ¶ Secundū oſtēdens.b.Franciſcū eſſe
a deo deſtinatum:eſt eccleſie cenſura. Dñs eniꝫ papa
Gregorius.ix.qui eū catalogo aſcripſit ſanctorum:in
ꝓſa q̄ fecit de ipſo que incipit. ¶ Caput draconis ul- teſtimoniuꝫ
timum.Vltorem ferens gladium. Aduerſus pplm dei. Gregorii
Excitat bellum ſeptimum.Contra celum erigit:& niti ix. de btō
tur attrahere.Maximā partē ſyderum.Ad dānatorum Frāciſco.
numerū.dicit btūm Franciſcū a xp̄o deſtinatū ſic ſub
dens.Verum de xp̄i latere. Nouus legatus mittit̃.In
cuius ſacro corpore.Vexillum crucis cernitur.Frāciſ-
cus princeps inclitus.Signum regale baiulat.Et cele-
brat concilium.Per cūcta mundi climata. Contra dra
conis ſciſmata.Acies trinas ordinat. Expeditoꝝ mili-
tum. Ad fugandum exercitū. Et tres cateruas demo-
nū.Quas draco ſemp roborat.Sic ergo pꝫ auctorita-

te papali.b.Franciſcum a dño miſſum & deſtinatum.
¶ Tertiū ꝙ btūs frāciſcus ſit miſſus a dño. declarat
dignitas cardinalis. Nam dñs frater Bonauētura car
dinalis.Ep̄us Albaneñ.ſanctitate & ſcia orbi toti p̄
clarus:in ꝓlogo legēde maioris ipſius bti franciſci ſic
ad ꝓpoſitum dicit. Apparuit gratia dei ſaluatoris no
ſtri dieb⁹ iſtis nouiſſimis in ſeruo ſuo franciſco:quē tā
ta deus benignitate reſpexit excelſus: ꝙ nō ſolum de
mundiali puluere ſuſcitauit egenum:Verū ēt euāgeli
ce perfectionis Profeſſorē ducem ac p̄conem effectū
in lucem dedit credentiū:ut teſtimoniū perhibēdo de
lumine:per uiam lucis & pacis corda fideliū dño pre
pararet.Hic & eni quaſi ſtella matutina in medio ne
bule claris uite micans & doctrine fulgoribus: ſeden
tes in tenebris & umbra mortis: irradiatione p̄fulgi
da direxit in lucē:& tanq̄ arcus refulgēs inter nebu
las glorie:ſignum in ſe dominici federis repreſentās:
pacem & ſalutem euangelizauit hoib⁹:exiſtēs & ip̄e
Angelus uere pacis: ſed:n imitatoriā quoqꝫ ſimilitu
dinem precurſoris deſtinatus a deo: ut uiam parās in
deſerto altiſſime paupertatis:tam exēplo q̄ uerbo pe
nitentiam p̄dicaret.Hec doctor & dñs iſte.¶ Quar
tum ꝙ ꝓpoſitum oſtendit de miſſione bti Franciſci a
dño eſt xp̄i charitas uiſceralis. b.n.franciſcus: ut di
cit ſecūda pars legende maioris inſtigante ſe ſpū:cum
deambulans circa eccleſiam ſancti Damiani eandem
intraſſet ad orandū.Et ante crucifixum orans cōſola
tionem a dño recepiſſet: Cūqꝫ lachrimoſis oculis in
dominicā crucem intēderet:uocem crucifixi ad ſe de
lapſam audiuit ter ſibi dicentē:franciſce uade repara
domū meam que ut cernis tota deſtruit̄. Ad reparādū
igit̄ ſpūaliter potiuſq̄ corporaliter: domū dei manda
tum accepit.b.franciſcus: & ſic cōſequēter a xp̄o eſt
deſtinatus & miſſus. ¶ Quintum ꝙ oſtēdit btūm frā
ciſcum directum a dño eſt diuinalis reuelatio. ut eniꝫ
dicit quarta pars legēde maioris: habita prima regu
le confirmatione a dño Innocētio.iii. cuꝫ in uallē ſpo
letanam eſſet reuerſus cum ſociis: tractare cepit utꝝ
inter hoies conuerſari deberet:an ad loca ſolitaria ſe
transferre.Sed xp̄i ſeruus franciſc⁹ nō de ſua uel ſuo
rum confidens induſtria:per orationis inſtantiam diui
ne ſuper hoc uoluntatis beneplacitū requiſiuit. Sup
ne igit̄ reuelatiōis illuſtratus oraculo: intellexit ſe ad
hoc miſſum a dño:ut xp̄o lucraret̄ aias quas diabo
lus conabat̄ auferre.Ideoqꝫ magis omnib⁹: q̄ ſibi ui
uere ſoli p̄elegit:Illius ꝓuocatus exēplo qui unus ꝓ
omnibus mori dignatus ē.Et uice alia ꝓut in.xii.par
te habet̄ maioris legende:duꝫ dubitaret an orōni uel
p̄dicationi uacaret.Et dubitationē fratribus expoſuiſ
ſet multa pro utraqꝫ parte allegādo.Et quia de ſe ni
hil cōfidebat nec p̄ſumebat: uolens ſup hoc ſcire dūi
beneplacitum certum:fratrem Maſeum unū ex ſociis
cum alio fratre ad fratrem Silueſtrū: qui crucē aureā
ꝓgredientē uiderat ex eius ore: qui tūc in loco q de
carcere nunc uocat̄ manebat: miſit:ut ſuper hoc diui
num reſponſum perquireret.Id ip̄m ſacre uirgini bea
te Clare mandauit:ut per aliquā ſimpliciorē & purio
rem de ſuis uirginibus:nec nō & per ſuam orōnē ſci
re a dño mereret̄. Qui frater ſilueſter & uirgo deo di
cata Clara:ac eius ſocia diuina reuelatiōe concorda
runt btm̄ Franciſcū directū a dño:ut potius p̄dicaret
q̄ oraret.Quapropter uir dei cū ſūma reuerētia quid
dñs uellet de ipſo percipiens: ſtatim aſſumptis duo
bus ſociis.uꝫ.fratre Maſſeo & fratre Angelo ſanctis
uiris:ad p̄dicandū acceſſit: ut ad qd̄ miſſus erat a do
mino:perficeret ſine mora. Sic ergo diuina reuelatiōe
pꝫ:patrē Franciſcū a dño eſſe directū.¶ Sextū oſten
dens noſtrū ꝓpoſitum eſt uirginis glorioſe apud xp̄ꝫ
filium ſupplicatio.ut enim in legenda beati dñici ha
betur.Xp̄s peccatis hoium.uꝫ.ſuperbie auaritie & lu
xurie irritatus:dum tres lanceas ad mundū deſtruen
dum uellet uibrare:meritis matris & ſupplicatiōe cū
ꝓmiſſione deſtinationis beatoꝝ Franciſci & dñici ad
mundū conuertendū:ab ipſa dei genitrice inclinatus
dñs:& mundo pepcit:& p̄fatos ad mundū conuertē
dum deſtinauit.¶ Septimū ꝙ oſtendit ꝓpoſitū eſt dia
boli atteſtatio.Qui per os cuiuſdā mulieris de. b.Frā.
& eius loquēs ordine:dixit ꝙ deus pater ꝓpter pctā
hoium cum finem mūdi uellet maturare:xp̄s ei⁹ fili⁹
patri ſupplicauit: ut daret ſibi aliquos qui eſſent ſue
crucis bauli:ut numerus ſaluandoꝝ augeretur. Et ꝙ
tunc a patre eterno datus eſt ſibi btūs Frāciſc⁹:cū or
dine ſuo:& ip̄m xp̄s direxit cū ordine ad prefata. De
multiplicatiōe ēt ordinis & de multis aliis de quibus
dicetur ſuis in locis infra : dixit diabolus per os illius
mulieris cuidam baroni moranti inter alpes ugubii &
maſſam trabarie.¶ Octauū ꝙ oſtendit btm̄ Franciſ
cum a dño directū eſt ſui & fratrū deſtinatio. Statim
enim ut octo frēs fuere:eos.b.Franciſcus ad quatuor
orbis partes ad p̄dicandū direxit: ipſe cum ſocio unā
partē eligendo.Sic ēt fecit tēporis in ꝓceſſu per or
bem mittendo:& ad partes infidelium.Et qa nil age
bat niſi quātum diuinus ſpūs p̄monebat:a deo hoc i
dicio.b.Franciſcuꝫ cuꝫ ſuis eſſe directū oſtēdit̄ & de
clarat̄.¶ Nonū ꝙ oſtendit btm̄ Franciſcū deſtinatum
eſt dñi Ieſu xp̄i ad btm̄ Fran.locutio. Nā quādo in
dulgētiā ꝓ ſancta Maria de Angelis a xp̄o petiit. tūc
xp̄s eidem dixit:ꝙ peteret quicqd uellet circa ſaluteꝫ
gentiuꝫ:& cōſolationē animaꝝ & ad honorē deitatis
& reuerentiā:quia inquit datus es in lucem gentiū &
reparationē eccleſie terreſtris. Hec xp̄s. q̄re cōcludit̄
merito ꝙ ut alter Iſaias & Ioānes baptiſta: de quib⁹
ſimilia dicunt̄ btūs Fran.deſtinatus eſt a dño.¶ Deci
mum ꝓpoſitū oſtēdens eſt.b.Fran. ad animas feruor
& dilectio:ad quas uiſcera geſtabat materna:pro q̄ꝝ
ſaluatione orabat:p̄dicabat: exēpla ſanctitatis p̄be
bat.Et ſic de aliis. Quod utiqꝫ ipſe tanto. nō feciſſet
feruore:niſi ſciret ſe ad harum ſalutem ꝓcurandaꝫ a
dño miſſum.¶ Vndecimū aſſerens ꝓpoſitū de.b.Frā
ciſco eſt ipſius a xp̄o cōſignatio:ſacroꝝ eni ſtigmatuꝫ
a xp̄o in.b.Fran.imp̄ſſio:eſt euidens argumētū ipſuꝫ
deſtinatum a xp̄o ad mundū renouādum: ut dicet̄ ſta
tim: & fructu & conformitate.xxxi.latius oſtēdet̄.
¶ Duodecimū oſtēdens ꝓpoſitū eſt ſanctoꝝ ſcd̄m di
uerſitatem tēpoꝝ in mundū a deo directio & deſtina
tio.Nam a pctō primi homis uſqꝫ ad tēpora b.Fran.

operarios dñs nō deſtitit mittere in uineā omni tēpo-
re: & ſic tēpore fecit b. Fran. ut ſtatim oſtēdet. Quare
p̄ſatis. xii. uiis: & aliis de quibus in expōne huius cō
formitatis dicetur. p3. b. Fran. a dño miſſu3 & directū
q̄ erat primū uidendū. ¶ Vidēdū eſt nūc de ſecūdo. ſ.
de tpe quo eſt miſſus a dño. ¶ Et quātum ad hoc p3
luit: & cumas pergens cum Ariſtomene tiranno ſene-
ctutem ſuaꝫ tabefactus conſumpſit. Holofernes Na
bucodonoſor Regis Aſſiriorum princeps militie: fe-
rocitatem ſui pectoris Iudith hebrea amputando ca-
put extinxit. Melciades Rex Athenienſium apud ma
ratonẽ Darium cũ ſuis expugnauit & liberauit athe-
nas. captus deinde ab athenienſibus: & onuſtus cate-
nis: in carcere eſt trucidatus. Alcibiades dux Atheniẽ
ſium forma genere diuitiis bello facundia admiran-
dus: poſt multa felicia & infelicia: tandem domo in-
cenſa in qua manebat ab inſequentibus crematus: &
priuatus iacuit ſepultura. Hanno amilcaris ducis car
taginenſiũ filius: ditiſſimus fuit. Hic cartaginis do-
minium dum appeteret: primo ſenatum ueneno occi-
dere operã dedit: ſecundo manu ſeruorum fretus duꝫ
imperare optat: captus & in conſpectu populi nuda-
tus: uirgis ceſus: oculis extractis: amputatis manibus
& pedibus: confractus cruribus: ferro uita eiecta: cor
pus uulneribus confoſſuꝫ in cruce altiſſima eſt ſuſpen
ſum: filiis nepotibus parentibus & amicis cuꝫ ipſo pa
riter enecatis. Dioniſius ſiracuſanorum rex fuit: hic
poſt multa infanda cõmiſſa in fratres cognatos ciues
deos & exteros: expulſus a regno: corinthum miſſus
eſt in exilium: ubi primo lenonibus iunctus: deinde
pueros docens in triuiis: uitam ut creditur miſerabili
ter terminauit. Policrates Sami inſule Tirannus fuit:
omnia ſibi fortũa ad uotum pro tempore impendit:
ſed in fine captus ab Orũte Darii prefecto: culpatus
ꝙ aduerſus Dariuꝫ hoſtibus preberet auxiliũ: in ſum
mo midalenſis montis uertice in cruce eſt ſuſpenſus
Agathocles ſiculorũ rex: ab afris in ſiracuſa obſeſſus:
ciuitate munita fratri relicta: cuꝫ exercitu tranſiuit in
africam: ibiqꝫ uictorioſus cõtra cartaginenſes: ſiracu-
ſas reuerſus: ad obſidenduꝫ brutios contendit: ibi dũ
eẽt: regno capto a filio filii priuatus eſt: ac timore egi
ptum petens ibidem morbo & peſte conſumptus eſt.
Philipp⁹ macedo uerſutiis ſuis grecis ſubiectis & plu
ribus aliis iuxta uaticinia: a gladio in manubrio qua-
drigam ſculptam habente per pauſaniam interfectus
eſt. Alexander magnus macedo poſt ſubiectum ui &
timore orbem: apud Babiloniam uenenatus a Caſſan
dro: triumphũ morti dedit. Demetrius Rex Sirie poſt
impie multa commiſſa: relictus ab uxore filiis & aliis
cum iret in tirum: ac in portum deſcenderet iuſſu pre-
fecti loci obtruncatur. Reges egipti plures fuerũt di-
cti Ptolomei: qui proditionibus mutuis rapinis luxu-
riis crudelitatibus & regimine prauo notati: uitaꝫ ne-
ꝗ ducentes diuerſis cladibus interierunt. Vexores rex
fuit Egipti: qui ambiens ſcitarum dominium: ab ipſis
de regno Egipti ꝙ habebat expulſus: uitam infeliceꝫ
duxit: aliẽo & proprio priuatus regno. Seleucus Rex
poſt multas uictorias & inſignem militiam ſub Alexã
dro peractam: Ptolomei ceraunii inſidiis captus &
necatus eſt ultimus ex Alexandri principibus Antio-
chus rex Sirie poſt multa infanda in deum & iudeos
illata: ultione diuina doloribus & corroſione uermiuꝫ
miſerabiliter e uita deceſſit. Hanibal penus. xviii. an-
nis attritis Romanis in Iſpania & in Italia & mul-
tis crudeliter geſtis: ſuperatus a Scipione Africano
ad Pruſciam Regem: hoſtem tunc romanorum fugit:
ſed pace facta inter Pruſciam & Romanos: cum ſci-
ret ſe tradendũ Romanis: ueneno hauſto ꝙ ſecũ ſem
per ferebat: infelicem animaꝫ emiſit. Pruſcias Bithinie
rex: dum filios nouerce filio legitimo uellet prepone-
re: a filio expellitur de regno: qui cum paucis ſeruis re
cedẽs: ab eis ſolus ſenex dimiſſus: dũ timore filii per-
gens per incognita loca: & ſe alium eſſe dicens ſtipeꝫ
ꝗritando: de die reſidendo in tenebris: & noctu ambu
lans: ultimo ad manus filii deueniens occiditur. Perſe⁹
Spurius Rex fuit Macedonie: qui ſue cõditionis obli
tus: poſt multa nefanda ab eo patrata: uictus a Paulo
Emilio: ſenatus iuſſu ad perpetuum carcerem cum fi-
liis eſt dãnatus. Verum cum horrore & fetore carceris
ac dolore diẽ clauſiſſet extremum: filius eius ob ino-
piam Rome artem erariam didicit & exercuit. Pſeu-
do Philippus mendatio ſe fingens Perſei fratrem: ma
cedoniã a Romãis accepit: Qui tandẽ captus a Me-
tello ante eius currum ductus Romam: ibidem igno
minioſe eſt necatus. Iugurta Rex Numidie naturalis
fuit: hic tribus fratribus occiſis legitimis: regnum Nu
midie obtinuit: ſed fratruꝫ mortem non ferentes Ro
mani: per Gneum Marium multis preliis ad deditio-
nem redactus: captus ante curruꝫ eius pro triumpho:
& catenat⁹ ductus eſt: & non multo poſt mole ad col-
lũ appenſa: ex lapide Tarpeio in tiberiꝫ ꝓiectus ne-
catus eſt. Marius Arpinas primus conſul ex plebe ſe-
ptem conſulatus habuit. Hic multa peragens iniqua:
preneſte ceruicem feriendam ſeruo prebuit. Mitrida-
tes Rex Ponti: hic linguas plures ſciuit: Inimicos per
uiginti annos non permanendo in loco euitauit: cru-
deliter ſe habuit ad Romanos: omnes enim in regno
ſuo & mercatores & alios occidi iuſſit: bellũ per qua
draginta annos & ultra habuit cum Romanis: uictus
a Pompeio obſeſſus a filio Pharnace: ſumpto prius
ueneno ſed nihil ei nocente: tandem a Gallo mili-

te eſt occiſus. Ceſar Iulius habita uictoria de Pōpeo
& ſuis:roma potitus:nō multo poſt cōiuratōe quonū⸗
dā ciuiū pluribꝰ uulneribꝰ cōfoſſus occubuit.Pōpeiꝰ
magnus in ſua iuuētute & poſt p tps in bellis ſeliciſſi
mus fuit.Nā cū.xxii.regibus bella geſſit.Sed diſcor⸗
dans a Ceſare:apud epirū3 multis ſuffultus regibus:
pugna habita ſuccubuit.Qui dū peteret egiptū: pto⸗
lomeo mandante:a ſuis ſatellitibus decapitat̃. corpus
eius quiſquilis ſemiuſtu3 a Codro q̄ſtore ipſius pom
pei cum lachrimis poſitū eſt ſub harenis. Octauianꝰ
poſt triumphos multos habitos: & ſi in pace regnaue
rit magno tempore & deceſſerit: infelix tamē fuit in
filiis: qui oēs ante ipſum mortui ſunt. Sed infeliciſſi⸗
mus in filiabus: quas oēs ob ſtupra occidi mandauit:
& demū filiū non habendo: tiberio priuigno in filium
adoptato:dimiſit regnum . Gaius caligula imperator
luxurioſiſſimus : adeo ut non ſe a ſororibus abſtine⸗
ret: inſolentiſſimus pro deo ſe coli faceret & crude⸗
liſſimus.nam parcutes ſenatores & alios multos occi
dit:& poſt eius morte3 diuerſa uenena ſūt repta: que
in mare proiecta piſces inumeros necauere . Nero fa
ctiōe matris romano adepto imperio:nephādiſſimus
homo fuit.hic ſtupratis ſororibus:matre occiſa: oībꝰ
parentibꝰnecatis:incēſa maxima parte urbis:depreda
tis omnibus hoſtibꝰ:iudicatus a ſenatu:ꝓprio pugiōi
incubuit.Marcus Antoniꝰ Iulii Ceſaris nepos ex ſoro
re:cū multa iproba ageret:& Octauiano inſidias mo
liret̃:Aduerſus quē Octauianus ꝓfectus apud Acciū
ꝓmontoriū eū debellādo in Alexādriā fugere coegit.
Quā obſidendo auguſtus & fame oēs periclitarentur
ad regalia monumēta accedens Antoniꝰ cultro ſe ipm
tranſfodit.Herodes aſcalonita ob ortu3 chriſti pueris
in Bethleem necatis: & filiis ꝓpriis quāpluribus occi
ſis·doloribus inſectatus & uermibus:ultro gladio ani
mam a ſe eiecit.Vitellius imperator ab exercitu impe
rator creatus : guloſitati & uoracitati deditus fuit pre
aliis:& cū multa impia ageret relictus a militibus ca
tenatus & incarceratus : Primo ligatis manibus poſt
tergum:ac collo laqueo ipoſito: ceno & luto ac ſterco
ribus deturpatus: minutim a carnificibus ſpectāte po
pulo uſq3 ad necem diſcerptꝰ eſt:demu3 iniecto unco
in naribus tractus & in fluuium Tiberim eſt ꝓiectus.
Domitianus Ceſar poſt multa mala cōmiſſa:a cubicu
lariis mādato ſenatꝰ interēptus eſt. Dioclitianus abie
cto imperio:timens a Conſtantino quem Ceſarem fe
cerat ſibi inferri mortē: ueneno ſe occidit.Maximianꝰ
cum genero ſuo Cōſtantino inſidias pararet:opa Con
ſtantini trucidatus eſt.Iulianus apoſtata homagio fa⸗
cto diabolo:abnegata fide ex clerico factus impera⸗
tor:q̄d per annū cu3 tenuiſſet:a ſancto mercurio man
dato beate uirginis eſt occiſus . Theodoricus ſubita
morte decedens : propter Ioannem papā & ſimacū pa
tricium quos occiderat:in olla3 uulcani proiectus eſt.
Totilla flagelatꝰ tandē a deo:uitā cū dominio amiſit.
Impatores romāi.u3.Galba.Ottho.Comodus. Perti
nax.Helius.Iulianus.Ceſar.Peſcēnius.& Albinus Au
relius.Caracala.Marcus.Heliogabalus.Aureus. Ale⸗
xander.Maximus & Gordianus.Decius.Gallus. Ho
ſtilianus.Emilianus.Valerianus Galienus.Quintiliꝰ.
Aurelianus.Tacius.Florianus Probus.Carus.Nume
rianus.Galerius. Maxentius. Valens & ſic de aliis.
Omnes uel a ſe uel ab alus ſunt trucidati.Multos omi
ſi de magnis mundi principibus: de regibus Caldeo⸗
rum Aſſirioꝝ Perſarū. Medoꝝ Ethiopum egiptioru3
Grecoꝝ.Iſpanorum Galloꝝ & alioꝝ regnorum: qui
toto conatu ſtrinxere mundū:quē ad uotū habere pu
tātes:& regno & uita caruerūt:ut de quibuſdā oſten⸗
dit Oroſiꝰ in ſuis libris de ormeſta mūdi. ¶Sed ecce
dum diſcurrimus per homines mūdi amatores: digni
tatibus uariis fulgentes. Nūquid id ipſu3 p3 in mulie
ribus quod euenit eiſdem:Certe ſic. nōne Semiramis
de qua eſt dictum regina Aſſirioꝝ uxor Nini uanita⸗
tibus mūdi dedita:a filio ob ſtuprū exanimata eſt. Di
do Cartaginēſiū Regina amore Enee ut docet Virgi
lius:eiꝰabſceſſu cultro ſe peremit.Phedra uxor The
ſei regis Athenaꝝ icuſato Ipolito Theſeo : quod eā
uiolare temptaſſet:& occiſo Ipolito a Theſeo : Au⸗
dita ipſius ipoliti morte:& dolo reſerato: gladio Ipo
liti ſe occidit.Iocaſta uxor Lai Tebanorum regis:&
demū cōiūx Edippi filii ſui:quo cognito Edippi gla⸗
dio quo laiū patrē occiderat ſe pemit . Atalia iudeo⸗
rum Regina poſt cedē omnis ſtirpis regalis:ut ſacilꝰ
dominaret̃: dum regnaſſet ꝓ tēpore demū excerebra
ta eſt.Tulia Priſci Tarquinii regis Romāoꝝ filia:&
uxor Tarquinii ſuperbi Romanoꝝ regis: crudeliſſi⸗
ma cum uiro ab urbe abiecta:infelicē uitā & finē ha⸗
buit.Olimpias Alexandri mater : cū poſt mortem filii
in nobiles debacaret̃:a Caſandro qui Alexandru3 oc
ciderat:mortem impauida ſuſcepit.Barſame uxor Da
rii & Roſanes filia Darii regis Perſarum & uxor Ale
xandri Magni: incarcerate ab antipatro:a Caſſandro
demum interfecte ſunt.Teſalonice Aridei regis filia
& Caſſandri uxor : ab antipatro filio nihil ualentibꝰ
lachrimis eſt occiſa.Cleopatre quattuor fuerūt:prima
filia Ptolomei epiphanes:& nupta Philomatori : phi
lomatore occiſo:euergeti ſe tradidit. Cuius filiu3 ipſo
die nuptiarum uir in eius gremio confodit: filia3 ſuſce
ptam ex ea ſtuprauit: & eam in coniugem: repudiata
uxore accepit.Cleopatra Alexandri Zebēne regis Si
rie primo uxor:Inde demetrii:tertio Antiochi Sirie re
gum occiſo filio Seleuco cauſa dominādi: du3 Criſpo
filio parat uenenū:id ſumere ipſa eſt compulſa.Cleo⸗
patra altera uxor euergetis:a filio in exiliū acta & ne
cata eſt. Quarta cleopatra nō tradita uiro q̄ uolebat:
ſed alteri uiro ſororis:deciſis manibus propter uulne⸗
ra multo ſanguine fuſo expirauit . Cleopatra alia fuit
regina egipti p Pompeiū Ptolomeo eius fratri nupta:
a quo poſtea ipſe Pompeius fuit occiſus . Hec primo
Ptolomeo: ſecundo Ceſari ſtupro iuncta : ac filio ex
ea ſuſcepto: quem Octauianus poſtea occidit. tertio
Marco Antoio iūcta:cū poſt mortē eiꝰ Octauiāo ſua
pulchritudine placere conaret̃ & fruſtra : uidens ſe ꝓ
triumpho ſeruari:ſepulchrum ingreſſa antonii:aper⸗
tis uenis & appoſitis ſerpentibus infelicē uitam ter⸗
minauit.Meſſallina uxor fuit claudii imperatoris:& ſi
formoſa incredibilis fuit libidinis.Nam ut multos ha

beret:mutata ueſte lupanaria adibat:ſed tandem a ui
ro cōſodi eſt iuſſa. Agripina mater Neronis & uxor
claudii Imperatoris:cuius factiōe nero adoptatus in
filium claudii:& ad imperium ſublimatus eſt. Quam
Nero nudam ex palatio eiecit:precepto dato ut nul-
lus eam reciperet.Deinde puteolis ut abſorberetur in
naui ſolubili poſita:& uix liberata: apud baiolos miſ-
ſo decurione eam iuſſit occidi. Roſimunda filia turiſ-
mundi regis gepidorum:& uxor albuini regis longo-
bardorum: Que uirum fecit occidi ab emelchi:quem
in uirum poſt mortem datā albuino ſuſcepit.Sed poſt
emelchi diſplicente eidem:cum eum ueneno occidere
uellet:& nubere longino patricio:uenenuꝫ bibere ab
emelchi coacta:ambo pariter ſunt extincti. Brinchil
dis francorum regina:filia fuit leuicaldonis regis hiſ-
panie:& uxor ſigilberti regis francorum:que accuſa-
ta filio iam regnanti & iniuſte: ligata ad pedes indo-
mitorum equorum equis dimiſſis membratim ēſt di-
ſcerpta. Romulda uxor fuit giſulfi nepotis albuini
Forliuii ducis : qui interfectus a Catano rege aua-
rorum:Romulda uxor cum filiis in quodam caſtro ſe
clauſit.Quam catanus dum obſideret:uiſus a romul-
da in pulchritudine armoruꝫ : immemor uiri recenter
occiſi: philocapta de eo ꝓmiſit caſtrum reddere:ſi eā
in ſuam uellet accipere uxorē.Quo ānuēte caſtro da-
to:omnibus filiis & filiabꝰ romulde occiſis: eam cata
nus in uxorē accepit:& ſe fruendū ei per totā nocteꝫ
conceſſit.Sed mane ſuperuenientē acceptis catanꝰ.xii.
fortioribus de ſuis:eis ſucceſſiue abutendam tradidit
romuldaꝫ: quā diu cum illuſiſſent:in locis genitalibꝰ:
coram omnibus romulde palum iuſſit infigi. Et ſic cū
palo per totum duci exercitū ad illudendum : que mi
ſera deluſione & dolore exanimata eſt.Irene impera-
trix poſt ambitionē dominii qua multa iproba comi-
ſerat:a nicephoro fratre deiecta:in leſbos inſula miſe
ra ſenectute cōtabuit. Marteſia cum ſorore lampedia
regina amazonū: poſt multas uictorias circūuente a
Barbaris occiſe ſunt:Penteſilea amazonuꝫ regina ob
amorē Hectoris in bello troiano:multa fecit mira: ſꝫ
tādem a grecis eſt occiſa.Hecuba troianoꝝ fuit regi-
na.xix.inter filios & filias genuit:uiſo excidio Troie
interfectione filiorum filiarum & uiri in rabiem uerſa
apud tracios agros finiuit uitam. Polixena filia Pria-
mi incredibilis pulchritudinis:tandem poſt excidium
Troie:a Pirro filio Achillis ſupra eius ſepulchrum in
trepida eſt iterfecta. Caſſandra filia regis Priami ca-
ptiua data Agamenoni:iterfecto a Clitēneſtra agame
none:& ipſa necata eſt.Helena per cuius raptū a pa-
ride:Troia eſt deſtructa:infeliciter deceſſit. Clitēne-
ſtra carnaliter iuncta egiſto: ſua factiōe ab eodē Aga
menon rex micenaꝝ uir ſuus eſt occiſus.Sed poſt an-
nos ſeptem cū Egiſto amaſio: a filio Agamenonis ho
reſte eſt truncata. Camilla uolſcorum fuit regina que
limites tranſcendēs femineos ſe armis dedit:& turno
regi rutuloruꝫ dū fert opem contra Eneam:ſagitta in
mamilla percuſſa interiit. ·ophoniſba Aſdrubalis giſ
gonis filia: Siphacis numidie regis uxor: & dmū poſt
eius mortem uxor maſiniſſe: ne in manus Scipionis
ueniret ueneno ſe necauit. Mariānes Hebrea filia ari
ſtoboli iudeoꝝ regis:Herodi regi iuncta in matrimo
niuꝫ:cuius imago nō uidebatur mortalis ſed celeſtis.
Hec incuſata uiro in eius mortē ordinaſſe iuſſa ē mo
ri.Semiamira mater fuit eliogabali imperatoris: cuiꝰ
induſtria filius ad imperiū eſt ſublimatus:cum filio &
ipſa interfecta eſt.Niobe tantali frigioruꝫ regis filia:
& uxor Amphionis tebanoꝝ regis:ſeptē filios & to-
tidem filias habuit ex marito.Hec letali morbo filios
oēs amiſit.Vir eius orbus effectus ſe proprio occidit
gladio.Ipſa uero dolore quaſi lapis eſt effecta.Sabi-
na Pompeia inuiſe formoſitatis fuit. Hec tamen a ne
rone Imperatore ſuſcepta coniugio: cuius factiōe ne
ro occidit matrem:filiam claudii Octauiam in exiliuꝫ
deſtinauit:Demū ipſa ſecūdo pregnans calce a Nero
ne percuſſa diem clauſit extremū:De multis aliis ꝓ-
bis mulieribus exempla ad ꝓpoſitū poſſunt adduci:
ſed ſufficiant premiſſa: quia idem iudicium eſt & de
aliis.Quia ergo mundus ſuis amatoribus falaciſſimꝰ
reperitur & deceptorius. Debet a prudente derelin-
qui.ut patet in predictis quos decepit. Sic ergo ap-
paret quid fuerūt.Sed quid ſūt patet: quia morte uio
lenta omnes exterminati ſunt. Et quia ueram non ha
buerunt ſapientiam:perierūt ꝓpter ſuaꝫ inſipientiaꝫ.
Baruch.iii. Sed ubi queſo ſunt quos ambiebat ciuiuꝫ
multitudo:Cuſtodiebant ſatellitum turme:quos time
bat orbis:quibus fiebant applauſus & feſta preclara:
quibus ſuperi inferi & omnia ad nutum uidebant̄ pa
rere.Non ne in paucis uerſibus uite eorum memoria
ē? Vide ſepulchra:& diſcerne ſi potes quis ſeruus:qs
dn̄s:quis pauper:quis diues:Diſcerne uinctū a rege:
debilem a forti:& pulchruꝫ a deformi. Amatores iſti
huius mundi comederūt biberunt riſerūt duxerunt in
bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcenderūt.
Hic caro eorum uermibus datur: & illic anime eoruꝫ
ſempiternis deputant̄ incendiis. Nec imerito quia ce
leſtia non inquiſierūt ſed terrena:digne terrenis per-
petuo ſubmerguntur. ¶ Quinto ad mundi contēptuꝫ
inducunt deſpicientiā ipſum exaltatio & diuulgatio.
Conſidera diligēter ꝗ diuulgantur per orbē qui mun
dum contēpſerunt.Patet primo in Apoſtolis:quorum
ſonus in orbem terraꝝ exiuit.In ſanctis aliis tā mar
tiribus.uꝫ.Laurentio & ſic de aliis: qui oia pauperi-
bus dederunt:quā confeſſoribus.uꝫ.Antonio Ilario-
ne Machario & aliis patribus.Patet in beato Benedi
cto:btō Franciſco & ſic de aliis: quorū noia uiuent in
ſecula.Vide quā ſolēniter taliū a fidelibꝰ memoria co
litur:non in uno loco ſolum ſed per orbem. Fit ne ſic
pro imperatoribus regibus & aliis principibꝰ mūduꝫ
diligētibus? Certe nō:quia periit memoria eoꝝ cum
ſonitu:ac ſi nunquā fuiſſent in mundo.Hodie nō no-
minātur:Imo ꝙ maius eſt de multis iperatoribus:ubi
iacent eorum cineres minime inuenitur. Sancti uero
mundū relinquētes nominant̄:predicantur eorum fa-
cta:& cum ſūma deuotione uiſitant̄ eoruꝫ ſepulchra.
Et quare? quia corpora eoꝝ in pace ſepulta ſunt: &
in memoria eterna erit iuſtus. Ad habendū famam &
laudem phi oēs ſunt conati: ſicut & antiqui romani.

Hoc fine illi ſtuduerũt: & alii pugnauerũt. Comparet̃ Petrus ad principes quoſcũqȝ mundi. Petrus piſcator & uilis mundũ contẽnens tanta eſt gratia repletus: ut eius umbra infirmos curaret. Quis principũ huiꝰ mũdi hanc habuit uirtutẽ? Certe nullus: Petrus ſuſcitabat mortuos: ſed mundi principes mortificauerũt uiuentes. Ecce Petrꝰ gaudet in innumeris eccleſiis: & magnus Alexander Octauianus: & Iulius in incognitis & uix in imis reconditi manẽt locis. Et ſicut dictũ eſt de apoſtolo Petro: ſic & de aliis ſanctis eſt dicenduȝ. Quare hoc inſpecto: ad mundũ abdicandũ uir prudens debet animari. ¶ Sexto ad mundi contẽptũ inducit premiorũ quãtitas excellẽtia & remuneratio ac expectatio. Quid expectant mũdi amatores niſi mortem utriuſqȝ hominis? horuȝ enim finis mors eſt: & gloria in confuſione qui terrena ſapiũt. Ro. viii. Sed mundi contẽptores quid expectant? Certe uitã eternam poſſidebũt. Mar. xix. Quãtũ eſt p̃miũ? Certe maximum. Si quelibet ſtella uiſu notabilis eſt maior tota terra: & q̃tũ eſt p̃miũ repoſituȝ ſupra ſtellas & ſupra celum ſtellatũ? Certe dicit Ieſus. Math. xix. Centuplum accipiet. Tantũ eſt p̃miũ beatoꝝ & contẽnẽtiuȝ mundũ dei amore: quantũ eſt ipſe deus qui ẽ infinitus. Sed quale eſt hoc p̃miũ? Certe ut dicit Iſa. & Aplʼus. Nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit: que p̃parauit deꝰ diligẽtibus ſe. Nolimus ergo frẽs ꝓ modica terra: amittere ſtellã q̃ maior eſt tota terra: & cõſequẽter ſũmũ bonũ ꝙ eſt maiꝰ oibus ſtellis: & oibus inſimul creatis. Cogitemꝰ ergo quãto gaudio & gloria aie in celis pſruant̃: quoꝝ corpora hic ſic miraculis coruſcãt: & uenerant̃: taliũ eniȝ reliquie cũ reuerẽtia tenent̃: & ꝓ magno munere habent̃. Quod oppoſitũ euenit in mũdi delectatoribus: quoꝝ corpora uermibꝰ & reliquie canibꝰ ad corrodendũ tradunt̃. Quid ſit per demones eoꝝ aiabus in inferis: quoꝝ reliquie ſic tractantur in terris? Propter p̃dicta & alia plura ad ꝓpoſituȝ deduci poſſibilia: & noſtri ſaluatoris exẽplũ: mundũ & ſi nõ corpore saltẽ mẽte totalr̃ abiiciamus & deſeramus. Nos ipſos abnegemus que retro ſunt dimittẽtes: ad celeſtia appetenda toto corde ſimus anhelantes: ut tãdẽ iuxta ſaluatoris dictũ ubi eſt theſaurꝰ noſter: ibi ſit & cor nr̃ȝ. Sic ergo apparet iã dictis: xp̃i abiectio & p ip̃ȝ mũdi cõtẽptꝰ: & ꝯñr ẽ declarata prima pars iſtiꝰ fructꝰ. uȝ. Ieſus abiectus cernitur. Et quomodo habeat intelligi & declarari.

¶ Secunda pars ſexti fructus & conformitatis. ſ. Frãciſcus ſeparatur. Expoſitio.



Ecunda pars huiꝰ ſexti fructus & cõformitatis ẽ Frãciſcus ſeparatur: que pars dupliciter põt intelligi. uȝ. primo ut intelligat̃ Franciſcus ſeparat̃. ſ. a ſeipſo p ſui perfectã abnegationẽ. Alio modo Franciſcus ſepat̃. uȝ. a mũdo per abdicationem. Et iuxta duplicẽ intelligentiam p̃fatam. Hec pars duplr̃ exponet̃. Primo de beati Franciſci abnegatione & abiectione. Et ſecũdo de abdicatione mundi ab eodẽ. Iuxta primũ intellectum exponẽdo iſtam partẽ Franciſcus ſeparat̃. eſt ſciẽdum ꝙ btũs Franciſcus ſe abiecerit & abnegauerit pfecte xii. declarant. ¶ Primuȝ eſt mendicatio: ut. n. habet̃ in legẽda triũ ſocioꝝ. Btũs Frãciſcus in habitu ſeculari exiſtẽs: ad uiſitãdũ limina Aplʼoꝝ romã adiit. Et itrãs beati Petri eccleſiam: conſiderans alioꝝ oblatiões ꝙ modice eſſent & indecẽtes tanto principi Apoſtolorũ: in feruore ſpũs manũ ponẽs ad burſam plenaȝ denariis: traxit: eoſqȝ per feneſtrã altaris ꝓiciens tantũ ſonum fecit: ꝙ de tam magnifica oblatiõe: oẽs aſtantes ſunt plurimũ admirati. Exiens portas eccleſie aiatus ad ſui cõtẽptũ: & xp̃i pauperis amoreȝ qui elemoſinã petiit: cum uidiſſet multitudinẽ pauperũ nõ deſpexit eorum cõſortiũ: ſed dilexit. Nã acceptis ſecreto cuiuſdam pauperis pãniculis & ſuis depoſitis: in gradibus ſtans eccleſie cũ aliis paupeibꝰ: galice & ſi non bene ſciret linguã elemoſinã poſtulauit: & cũ ſic feciſſet & per ſpaciũ ſtetiſſet: depoſitis dictis pãniculis: & ꝓpriis reaſſumptis: deuenit aſſiſium. Quo p̃ueniens: cũ iam mũdo coraȝ epiſcopo abrenũciaſſet: id qđ ceperat rome poſtea habitu religiõis aſſumpto ſeruauit: ſemper uȝ. libẽtiſſime ꝓ ſui abiectione & xp̃i imitatiõe ꝓ elemoſina eundo. In principio cum frẽs habere cepiſſet: parcens illoꝝ uerecũdie & honorãs eos: ſolus quottidie ibat ꝓ elemoſina. Cũqȝ ex hoc multuȝ fatigaret̃. quia debilis erat cõplexione & abſtinẽtia: nec poſſet tantũ laborẽ ſuſtinere. Et ſciẽs fratres ad ſui abiectionẽ uocatos: & ſi ipſi mundũ plene intelligerẽt. dixit. b. Frãciſcꝰ ad eos: chariſſimi fratres & filioli mei nolite uerecũdari ire ꝓ elemoſina. quia dñs ꝓ nobis ſe fecit pauperẽ in hoc mũdo. Hec. n. eſt hereditas noſtra quã acquiſiuit: & reliquit nobis dñs Ieſus xp̃us: & oibus qui ſuo exemplo uolũt uiuere in ſancta pauptate: cuius exẽplo elegimus uiã uериſſime pauptatis. In ueritate dico uobis ꝙ multi ex nobilioribꝰ & ſapiẽtioribus huius ſeculi ueniẽt ad iſtã congregationẽ: & pro magno honore & gratia habebunt ire ꝓ elemoſina. Ire ergo confidenter & aio gaudenti ꝓ elemoſina cũ bñdictione dei. Et magis libere & gaudẽter debetis ire pro elemoſina: quã ille qui de una numata afferret centum denarios: qui offeretis illis amorem dei a quibus petetis elemoſinam. dicẽtes. Amore dei facite nobis elemoſinã: cuius cõparatiõe nihil eſt celũ & terra. Quibus uerbis accenſi frẽs: cũ magna alacritate iuerunt per loca adiacentia ꝓ elemoſina. Et elemoſinas quas inuenerãt cuȝ magno gaudio oſtẽdebãt btõ Frãciſco. Et dicebat unus alteri: Ego plus de elemoſina: acquiſiui q̃ tu. Vnde btũs Franciſcus gauiſus ẽ nimis. Cernẽs eos ita ilares & iocũdos: Et ex tunc quilibet libẽter petebat licẽtiam eundi ꝓ elemoſina. Btũs Frãciſcus licȝ uellet frẽs ire ꝓ elemoſina: tñ pro die uno & non pro alio uolebat ipſam elemoſinã a fratribꝰ haberi: ne fieret contra euangeliũ dicens nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Et qđ fratres deberẽt ire ꝓ elemoſina in regula antiqua ſic poſuit btũs Frãciſcus dicens.

que declarãt. b. F. ſe pfecte abnegaſſe.

Oẽs frẽs ſtudeant ſequi humilitatẽ & pauptatez dñi
noſtri Ieſu xp̃i. Et recordentur ꝙ nihil aliud oportet
nos habere de toto mũdo: niſi ſicut dicit Apl̃s hñtes
alimẽta & quibus tegamur his cõtenti ſimus. Et de-
bent gaudere qñ cõuerſantur inter uiles & deſpectas
perſonas: iter paupes & debiles infirmos & leproſos
& iuxta uiam mendicãtes. & cum nec̃e fuerit uadant
pro elemoſinis. & nõ uerecũdent. quia xp̃s iuit ꝑ ele-
moſina & Maria. Et magis recordent ꝙ dñs noſter Ie
ſus xp̃s fili⁹ dei uiui oĩpotẽtis poſuit faciẽ ſuam ut pe
traz duriſſimã: nec uerecũdatus fuit: & fuit pauper &
hoſpes: & uixit de elemoſinis ipſe & btã uirgo & di-
ſcipuli eius. Et quãdo facerẽt eis homines uerecũdiã:
& nolẽt eis dare elemoſinã: referãt inde gratias deo:
quia de uerecũdiis recipient magnũ honorẽ ante tri-
bunal dñi Ieſu xp̃i. Et ſciant ꝙ uerecũdia nõ patiẽti-
bus ſed inferẽtibus iputat. Et elemoſina eſt hereditas
& iuſtitia que debet paupibus: quã nobis acquiſiuit
dñs noſter Ieſus xp̃s. Et frẽs qui eam acquirẽdo labo
rant: magnã mercedẽ habebũt: & faciẽt lucrari & ac-
quirere tribuẽtes. Omnia.n. que homies relinquẽt in
mũdo peribũt: ſed de charitate & de elemoſinis quas
fecerũt hẽbunt p̃miũ. Et in regula noua dicit. Quod
frẽs uadant pro elemoſina cõfidenter: nec oz eos ue-
recũdari: quia dñs ꝑ nobis ſe fecit pauperem in hoc
mundo. Cuius p̃ceptis frẽs antequã eſſent multipli-
cati p omnia intẽdẽtes: & iam multiplicati cum irẽt p
mundũ p̃dicando: & inuitarent ab aliquo quãtũcũqz
nobili & diuite ut comederent apud ipm & hoſpita-
rent: ſemp hora comeſtionis anteq̃ irent ad euz ibant
ꝑ elemoſina prius ꝓpter bonũ exẽplum & dignitatẽ
dñe pauptatis. Btũs ẽt Frãciſcus dicebat his qui in-
uitabant eũ. Ego nolo dimittere dignitatẽ meã rega-
lem: & hereditatẽ ac ꝓfeſſionẽ meam & fratrũ meo-
ruz. uz. ire ꝑ elemoſina hoſtiatim. Et aliquãdo ibat cũ
eo qui eum inuitauerat: & elemoſinas quas btũs Frã
ciſcus acquirebat accipiebat: & ꝑ reliquiis cõſerua-
bat. Inuitatus ſemel a dño Hoſtienſi iuit prius ꝑ ele-
moſina hoſtiatim. Et cũ eſſet reuerſus: iam dñs Ho-
ſtienſ intrauerat ad menſam cũ multis militibus & no
bilibus. Accedens btũs Franciſcus: illas elemoſinas ſu
per menſam poſuit coram dño cardinali quas inuene
rat: & intrauit ad menſam iuxta ipm. Et uerecũdatus
fuit inde aliquantulũ dñs cardinalis: eo ꝙ iuerat pro
elemoſinis & poſuerat eas ſup menſaz: ſed nihil ei di
xit tunc ꝓpter recũbentes. Cũqz btũs Franciſcus co-
mediſſet aliquãtulũ: accepit de ſuis elemoſinis: & cui
libet militi & capellanis dñi cardinalis miſit parꝫ ex
parte dñi dei. Qui oẽs cuz magna reuerẽtia & deuo-
tione accipiebant: extrahentes caputia & infulas: &
alii comedebant: & alii reponebant ꝓpter eius deuo-
tionẽ. Ex hoc gauiſus ẽ dñs cardinalis uidens illoruz
deuotionẽ: & maxime quia ille nõ erant de frumẽto.
Sumpto prandio dñs cardinalis uocauit btm̃ Franciſ
cum: & dixit ei. Quare mihi feciſti uerecũdiam: ueniẽ
do ad menſam meam iuiſti ꝑ elemoſina? Reſpondit
btũs Franciſcus: Imo dñe uobis magnum honorem
exhibui: dum maiorẽ dñm honoraui. Me opz eẽ for-
mam & exemplũ fratrum meoꝝ: maxime quia ſcio ꝙ
multi in hac fratrũ religione: ſunt & erunt frẽs mino-
res noie & ope: qui ꝓpter amorẽ dñi dei & ſpũs ſan-
cti unctione que docebit eos: de oibus humiliabunt
ad humilitatẽ oẽm & ſubiectionẽ & ſeruitium fratrũ
ſuorum. Sunt ẽt & erũt de illis qui aut uerecũdia de-
tenti aut ꝓpter malũ uſum dedignant & dedignabun
tur ſe humiliare & inclinare ad eũdũ ꝑ elemoſinis: &
facere alia opera ſeruilia. Propter qđ opz me ope do
cere eos qui ſunt & erũt in religione: ut in hoc ſeculo
& in futuro ſint inexcuſabiles coram deo. Exiſtẽs er-
go apud uos & alios nolo uerecũdari ire ꝑ elemoſi-
nis: Imo uolo hoc habere & tenere ſcđm deum ꝑ ma
gna nobilitate & dignitate regali: atqz honore ipſius
qui cum eſſet dñs oium: pro nobis fieri uoluit ſeruus
omnium: & cum eſſet diues & glorioſus in maieſtate
ſua: uenit pauper & deſpectus in humanitate noſtra.
Vnde uolo ꝙ fratres ſciant: qui ſunt & qui erũt: ꝙ ꝑ
maiori conſolatiõe anime & corporis habeo: qñ ſe-
deo ad menſam pauperũ fratrũ: uideoqz ante me pau
perculas elemoſinas que acquirũt hoſtiatim amore
domini dei: quã cum ſedeo ad menſam ueſtrã & alio
rum dominoꝝ diuerſis ferculis p̃paratã. Panis eni ele
moſine eſt panis ſanct⁹ quẽ ſanctificat laus & amor
dei. Quoniã cum frater uadit ꝑ elemoſina: prius de- modus petendi elemoſinam.
bet dicere. Laudatus & bñdictus ſit dñs de⁹: poſtea
debet dicere facite nobis elemoſinam amore domini
dei. De quibus uerbis dñs cardinalis fuit ualde edifi
catus: & dixit illi: fili mi qđ bonũ eſt in oculis tuis fa
cias: qm̃ dñs tecum eſt & tu cum ipſo. Voluntas fuit
bti Franciſci: ſiĉ ipe multotiens dixit ꝙ frater nõ de-
beret diu ſtare ꝙ nõ iret ꝑ elemoſina: ꝓpter meritũ
magnũ: & ne uerecũdaret poſtea ire. Nã ſemel cuidã
fratri uenienti ab elemoſina de aſſiſio & alta uoce
deum laudanti: obuiã ei iuit & taſcã de collo accepit:
prius eius collo oſculato. Sic ergo btũs Franciſc⁹ &
ſimilis eẽ xp̃o uoluit in elemoſine acquiſitione: & ſui
hoc primo modo abiectionẽ oſtendit nobis. ¶ Secũ-
do ſui abiectionẽ oſtẽdit btũs Franciſc⁹ cum ſcutella
eundo cibaria querẽdo & ꝓcurando. Cum.n. ipſe. b.
Franciſc⁹ relicto mũdo cum ſacerdote ſtaret eccleſie
ſancti Damiani: ac ſacerdos ſibi faceret coquinaz: qa
fatigabatur multũ in ope dicte eccleſie. Btũs Franciſ
cus hoc aduertẽs ad ſeipm cõuerſus ait. Inuenies tu
quocũqz ieris hũc ſacerdotẽ qui tantã preſtet huma-
nitatẽ? Non eſt hec uita pauperis quã elegiſti. Sed ſiĉ
pauper uadẽs hoſtiatim portat in manu parapſidem:
& neceſſitate coact⁹ diuerſa in ea cibaria coadunat.
Ita uoluntarie oportet uiuere amore illius qui paup
natus pauperrimus in ſeculo uixit: ac remanſit nudus
& pauper in patibulo: ſepultuſqz in alieno ſepulchro.
Surgens igitur quadaz die accepit parapſidem: & in-
greſſus ciuitatem iuit petẽdo elemoſinam hoſtiatim.
Cũqz diuerſa cibaria poneret in ſcutella: mirabantur
multi: quia ſciebãt eum tam delicate uixiſſe: uidẽtes
ipm ad tantũ ſui contẽptũ ſic mirabiliter tranſmuta-
tuz. Quãdo aũt uoluit comedere illa cibaria ſimul po
ſita horruit primo: quia non ſolum comedere ſed nec

uidere talia conſueuerat. Tandē uincens ſeipſum cepit comedere: & uiſū eſt illi ꝙ in comedēdo aliquod electuariū: nunquā fuerit ſic delectatus. Proinde tantum cor eius exultauit in dn̄o: qꝫ caro ipſiꝰ licet debilis & afflicta: corroborata eſt ad quecūqꝫ aſpera & amara letanter pro domino tollerāda. Gratias inſup egit deo: ꝙ amarū ſibi in dulce cōuerterat: & eū multipliciter confortarat. Dixit ergo illi ſacerdoti ꝙ de cetero pro ſe aliqua cibaria nō faceret: nec fieri ꝓcuraret. Ecce uilipenſio btī Frāciſci & ſui abiectio. ¶ Tertio btūs Franciſcus oſtēdit ſui abnegationeꝫ leproſis ſeruiendo. Nā poſtquā xp̄s eidem dixit oranti: Frāciſce omnia que carnalr̄ dilexiſti & hēre deſideraſti: oꝫ te cōtēnere & odire: ſi meā uis agnoſcere uoluntateꝫ. Quod poſtquā inceperis facere: que tibi prius ſuauia & dulcia uidebanꝫ: erunt importabilia tibi & amara: atqꝫ in his que priꝰ horrebas: hauries magnā dulcedinem & ſuauitatē imenſam: & cum ipſi btō Frāciſco uidere leproſos eſſet horribile. die quadam dū equitaret: leproſum quēdā habuit obuiuꝫ: & uim ſibiipſi faciens de equo deſcēdens obtulit ei denariū: oſculans ſibi manum: & accepto oſculo pacis ab ipſo: reaſcendit equū. Et exinde cepit magis ac magis ſeip̄m contēnere: donec ad ſui uictoriam pfecte dei gr̄a perueniret. Poſt paucos dies aſſumēs magnā pecuniā: ad hoſpitale leproſorū acceſſit. Et congregās oēs ſimul dedit ſingulis elemoſinam: oſculans ſibi manum. Et ſic que erant ſibi prius amara. ſ. de uiſione & cohabitatione leproſorū: facta ſunt ei dulciſſima. Et hoc cum eſſet in habitu ſeculari. Mundo uero abrenūciato: ut dicit dn̄s fr̄ Bonauētura in ſecūda parte legēde maioris coram ep̄o ad leproſos totius humilitatis amator ſe tranſtulit: eratqꝫ cum eis diligētiſſime ſeruiens eis. Propter qꝫ lauabat ipſoꝝ pedes: ligabat ulcera: educebat plagarū putredinē: & ſanieꝫ abſtergebat. Inauditi quoqꝫ feruoris exceſſu: ulceroſaꝝ plagaruꝫ ruebat in oſcula: os ſuū ponens in puluere: ut ſaturatus opprobriis: carnis ſuperciliū legi ſp̄us poteſtatiue ſubiiceret: ſuiqꝫ dn̄ium hoſte ſubacto domeſtico pacifice poſſideret. Quā uero fuerit leproſorū amicꝰ & medicus: & fr̄es uoluerit eē: quia infra fructu. xvii. & cōformitate plenius diceꝫ: hec ſufficiant ꝓ probatione tertia abnegationis ſue. ¶ Quarto btūs Frāciſcꝰ oſtēdit ſui abiectionē ꝓ reparatione eccleſie ſancti Damiani deuotiſſime mendicatiōi inſiſtendo. Cū. n. a crucifixo exiſtente in eccleſia p̄fata dum oraret mandatum accepiſſet: ut tunc btūs Franciſcus intellexit: ꝙ ipſam eccleſiam repararet: que nimiā minabaꝫ ruinā: & idem btūs Franciſcꝰ ꝓtinus multis uenditis: ꝓ eiꝰ reparatiōe ſacerdoti eccleſie pecuniā obtuliſſet: quaꝫ ſacerdos ob timorē parētū accipe dum nollet: eā beatus Franciſcus in quādam eccleſie feneſtrā uelut puluerem abiectā uilipendit: quā pater poſtea inueniēs aſportauit: abdicatis omnibꝰ que ſūt mūdi: operi dicte eccleſie totum ſe dedit. Unde ciuitatē ingrediens: omni uerēcūdia poſtpoſita tanquā ebrius ſp̄ū per uicos & plateas cepit dn̄m collaudare. Qua laudatiōe cōpleta: ad acquirēdos lapides cepit intēdere: dicens qui mihi dederit unū lapidē hēbit unam mercedem: qui duos duas: q tres tres. & ſic dicebat de aliis. Quidam eum audiētes ip̄m inſanū putabāt: & deridebāt eum. Alii uero cōmoti mouebanꝫ ad lachrimas: uidētes eum de tanta laſciuia & ſeculi uanitate: ad tantaꝫ ebrietatē ſp̄ūs & diuini amoris tā cito ueniſſe. At ipſe abiector ſui deriſiones cōtēnens in ſp̄ūs feruore gratias deo referebat. In opere dicte eccleſie multū laborauit: corpus ſuū confectuꝫ ieiuniis ſupponēdo oneribus lapidum: & nō ſolū cum ſui deriſione & abnegatione ſancti Damiani mendicādo repauit eccleſiā: ſed beati Petri & uirginis glorioſe. Quibus cōſideratis btm̄ Franciſcuꝫ ſe abnegaſſe apparet euidēter.

¶ Quinto oſtēdit btūs Franciſcus ſe abnegaſſe habitu abiectiſſimo & uiliſſimo ſe induēdo. Btūs eni Frāciſcus mundo abnegato cū nudaſſet ſe coram ep̄o patre & aliis: & nihil ſibi reſeruaſſet: ſed patri oīa tradidiſſet: oblatus eſt ei quidā mātellus paup & uilis cuiuſdam ruſtici ep̄o ſeruiētis: de quo ipſe tunicam ſibi formauit: cum cemēto in modū crucis & paupis crucifixi. Quā tunicā ſiue habitum: per duos ānos i modum hoīs heremite portauit. Tandem audito euangelio: cum corrigiā baculum peram & cetera alia ad modum Ap̄loꝝ abieciſſet. Tūc fecit ſibi tunicā ualde contētibilem & incultā. Nam in uilitate tunice & contētibilitate. ut fructus dicit. xvi. & conformitas: nullus eū quātūcūqꝫ paup mendicus & deſpectꝰ exceſſit. Homo apparebat in pauptate paruitate habitus & uilitate alterius ſeculi: & ſic uoluit idip̄m fr̄es peragere. Unde mandauit in regula ꝙ fr̄es oēs ueſtimentis uilibus iduanꝫ: Ad quid? Certe ad ſui contētū & obſeruantiā ſancte pauptatis. ¶ Sexto btūs Franciſcus oſtēdit ſe abieciſſe diuina conſilia ſuo in oībus p̄ponendo. Quādo frater Bernardus tūc uocatꝰ dn̄s Bernardus de quintaualle: uoluit btm̄ Frāciſcū ſequi & mundū relinquere: & id dixiſſet beato Franciſco: Btūs Frāciſcus dixit quod ſuper hoc dei cōſiliuꝫ erat querendū. Et tūc eccleſiā ſancti Nicolai iuxta plateā ciuitatis aſſiſii intrātes: orōni priꝰ inſiſtētes: finita oratione btūs Franciſcus miſſale clauſum accipiēs aperuit: & in prima apertiōe occurrit illud dn̄i conſiliuꝫ. Si uis perfectus eſſe uade & uende oīa &c. Sed quia cultor ipſe trinitatis trino teſtimonio uoluit confirmari: ſecūdo & tertio librū aperiens: In ſecūda apertiōe: occurrit illud. Nihil tuleritis in uia &c. In tertia apertione occurrit illud. Qui uult uenire poſt me: abneget ſemetip̄m &c. Quo cōperto: btūs Franciſcus conſilio dn̄i p oīa acquieſcēs: ait p̄fato dn̄o: hec eſt uita & regula nr̄a & oīum qui uoluerint nr̄e ſocietati cōiungi. Sic ēt ſecularis dum eſſet: ſolū a deo eius uoluntatem ſupplicabat oſtendi: qd ip̄m uellet peragere. uoluntatem diuinam ſue p̄poſuit: quādo uoluit ſcire an inter homines cōuerſari deberet uel ad loca ſolitaria pergere. Sic ēt quādo ad p̄dicandū acceſſit: diuinam ſue p̄poſuit uoluntatē. Et quia diuine uoluntati ſe in oībus ſubdidit: Beati Franciſci uoluntati deus per oīa acquieuit. Nihil ab eo aliquando petiit: ꝙ non obtinuerit: ut pꝫ eius legendam aſpicientibꝰ. ¶ Septimo

Btūs Franciſcus oſtendit ſe abnegaſſe: oēq̄ laudē de-
clinando. Nam cum beatificaret ab hoibus: dicebat
filios & filias adhuc hēre poſſem: nolite me laudare
ut ſanctū. Nemo laudandus cuius incertus eſt exitus:
& ſibi ipſi dicebat. Latroni ſi tanta cōtuliſſet altiſſi-
mus: gratior te foret Franciſce. Fratribꝰ ſepe dicebat.
De omni eo quod peccator pōt: nemo debet ſibi ini-
quo applauſu blandiri. Peccator aūt ieiunare pōt: ora
re: plangere: carnē ꝓpriam macerare. Hoc ſolum non
pōt dño. ſ. ſuo eſſe fidelis. In hoc itaq̄ gloriandum ſi
ſuam dño gloriam reddimus: ſi fideliter ſeruiētes: ipſi
ota bti o quicquid donat aſcribimus. In ciuitate Iterāni dum
dicator predicaſſet populo in platea: & eps̄ affuiſſet: poſt p̄di
ē diſce catione cū ep̄us dixiſſet populo ꝙ dñm deū lauda-
ſiliari. re debebant: quia per ora ſimpliciū eos ſic informa-
bat: exhilaratꝰ btūs Frāciſcus ꝓiectus ad pedes ep̄i
regratiatur eidem dicens: ꝙ ipſe ſolus ſciuit ſeparare
nobiliſſimū a uiliſſimo: quia nō ſibi ſed deo attribuit
p̄dicationis gloriā & honorē. ¶ Octauo oſtēdit beati
Franciſci abiectionē: iniuriaꝝ & quo ad uerba & uer
bera ſuſceptio: de quibus dictū eſt fructu p̄cedēti &
conformitate. In iniuriis delectabat̄ dicēs ꝙ talia au-
dire decebat filiū Petri Bernardonis. Imo dicebat de
ſe fratribus quādo perſuaſerāt dño Hoſtieñ: ut dice-
ret btō Franciſco ꝙ ipſe cōſilia ſapientū fratrū ſeque
retur: quia ſic docēt regule Auguſtini Bñdicti & Ber
nardi. Et cardinalis dixiſſet hec Btō Franciſco. Btūs
Franciſcus nihil reſpōdendo duxit eū per manus ad
frēs dicens. Frēs mei frēs mei deus uocauit me ꝑ uiā
ſimplicitatis & humilitatis: & hanc uiā oſtēdit mihi
in ueritate ꝑ me & ꝓ illis qui uolunt mihi credere &
me imitari. Et ideo nolo ꝙ nominetis mihi aliā regu-
lam p̄ter illam que mihi a dño miſericorditer eſt oſtē
ſa & donata. Et dixit mihi dñs ꝙ uolebat me eē unū
fatuellū in hoc mundo: & noluit uos ducere per aliā
uiam quā per iſtam ſciam. Sed per ueſtrā ſapientiā &
ueſtrā ſciam deus uos cōfundet. Fatuū ergo ſeip̄m di
xit: ut uere ſeip̄m abieciſſe declararet. ¶ Nono oſten
dit btūs Franciſcus ſe abnegaſſe: nō de ſe alta ſentire:
ſed per oppoſitū altitudinē declinare oio. Cum. n. uas
eſſet uirtutis & gratie: ſe maximū ꝯfitebat̄ peccato-
rem. Sed quid de ſeipſo ſentiret frater Pacificus eius
tunc ſocius fuit expertus. Cū. n. Btm̄ Franciſcū dimi-
ſiſſet: eius iuſſu de ſero: & ipſe btūs Frāciſcus in eccle
ſia remanſiſſet ſancti Petri de Bouario iuxta caſtrum
triui: per totam noctē ibi pugnas horribiles demonū
ſenſit. Mane aūt ad eū frater pacificus reuerſus: inue
nit Btm̄ Franciſcū ante altare orantē. Cūq̄ & ipſe ſe
orationi dediſſet: & feruētiſſime oraret: eleuatus ē &
raptus in celum ſiue in corpore ſiue extra corpus ſo-
lus deus nouit. Et uidit in celo multas ſedes: inter q̄s
uidit unā eminentiorē aliis atq̄ pre oibus glorioſius
fulgentē: & ornatam omni lapide p̄cioſo. Et admirās
eius pulchritudinē cepit cogitare cuius eēt. Et ſtatī
uocē audiuit dicentē ſibi. Hec ſedes fuit luciferi: & lo
co eius ſedebit humilis Franciſcus. Et in ſe reuerſus
ſtatim btūs Franciſcus ad eum exiuit. Cūq̄ per uiam
de deo loquerent̄: Frater pacificus uiſiōis memor: in-
cepit inquirere. A btō Frāciſco quid de ſeip̄o ſentiret.
Cui btūs Franciſcus uideor ait mihi eē maximus pec
catoꝝ. Et cū ſocius diceret ꝙ ſalua cōſcia illud dicere
nō poterat nec ſentire. Subiūxit btūs Frāciſcꝰ. Si q̄tū-
cūq̄ ſceleratū hoiem: tanta fuiſſet xp̄us miſericordia
ꝓſecutꝰ: Arbitror ſane quod multo plus quā ego deo
gratior eſſet. Sicq̄ frater p̄dictus de bti Franciſci re
putatione & abnegatiōe informatus extitit. Et quia
de ſe alta noluit ſcire: in conſpectu ſuo & oium ipſum
Btm̄ Franciſcū magnificauit deus: quia btm̄ ſe reputa
bat: qui poſſet eum tangere. Vt patuit quādo per bur
gum ſancti Sepulchri tranſiuit. Qui eum poſſet tene
re: ut patuit de dño cardiali leone. Qui eū poſſet allo
qui: ſicut patuit de dño orlando: qui dedit ei ſacrum
montē aluerne: de quibus omnibus inferius dicetur i
ſuis locis extenſe. ¶ Decimo beati Franciſci abnega
tionē oſtēdit aliorum obediētie ſubiectio. Ipſe. n. oti-
cio ceſſit generalatꝰ: & frater Petrus catanei ē factꝰ.
Vnū ex ſociis petiuit ſibi guardianū dari: cui uſq̄ ad
mortem in omnibus obediuit. Solitus ēt erat ſocio iti
neris quātūcūq̄ modico obedientiā ꝓmittere & ſer-
uare. Et dicebat ut ſuam uerā abnegationē fratribus
oſtēderet. Hanc gr̄am mihi dñs contulit: ꝙ ita diligē
ter nouitio unius diei obedirem ſi mihi guardianꝰ da
retur: ſicut antiquiſſimo & diſcretiſſimo fratri. Subdi
tus inquit prelatū ſuum nō hoiem conſiderare debet:
ſed eū pro cuius amore eſt ſubditꝰ & ſubiectꝰ. Quā-
to aūt contētibilior p̄ſidet: tāto magis humilitas obe
dientis deo placet. Hanc obedientiā btūs Frāciſcꝰ uo
luit in ſe experiri: ut nullum tempus ſine merito & lu
cro trāſiret: & ſui abiectionē cūctis oſtēderet. ¶ Vn-
decimo btm̄ Franciſcū ſeip̄m contēſiſſe oſtēdit defe-
ctuum ſuoꝝ publicatio. Ipſe. n. btūs Franciſcus uirtu
tes & gratias in ſui pectoris abſcōdebat archano: ni-
ſi quātū diuinus inſtinctus ad reuelandū induceret:
aut zelus fraterne ſalutis. Defectus etiā ſuos publice
oibus dicebat: abnegato mūdo dum ſemel iret per aſ-
ſiſium querēdo oleum pro lampade eccleſie ſcti Da-
miani: quā renouauerat: & ad locum ueniſſet ubi erat
hoium multitudo: uerecūdatus fuit elemoſinā petere.
Ad ſe tandē reuerſus ad dictū locum acceſſit: dicēs co
ram aſtantibus culpam ſuā: quomodo ꝓpter eos ue-
recundatus fuerat elemoſinam petere. Petiit ergo: &
ad ipſum locū pre aliis ſepius iuit. dederat ſemel man
tellum uni uetule dum per ciuitatē iret aſſiſii: & uanā
gloriam habuit. Statim ſe ſequentibꝰ ꝓdidit: quomō
uanā gloriā habuerat dando mantellū. In hoc totum
fuit ſuum ſtudium: ut nec coram deo nec corā hoibus
hipocrita inueniretur. Incuſauit ſe ſemel chorda poſi-
ta ad collum & nudus populo aſſiſinati: quomō ſan-
ctus nō erat: quia in īfirmitate ſua comederat carnes
& brodium conditū. Sic ēt in publica predicatione in
quodam heremitorio ſe populo incuſauit: qa in qua-
drageſima ſancti Martini comederat cibaria condita
cū lardo: hec & alia ſimilia referādo: latētes defectꝰ
btūs Franciſcus manifeſtabat: ut ſe ueraciter cōtēne-
ret & abnegaret. ¶ Duodecimo omnis uirtutis & bo
ni xp̄o attributio. Hoc btō Franciſco diſplicebat ſi ali

quid perfectionis ſibi attribueret: & tunc gaudebat quādo deo. Et ideo dicebat ipſe btūs Frāciſcus. Sicut enim in picturis dñi & beate uirginis in ligno depictis: honorat dñs & beata uirgo: & tñ lignū uel pictura ſibi nihil attribuunt: ſic ſeruus dei: Quedā ē eni pictura dei: in qua deus honorat ꝓpter bñficiū ſuū: ſed ipſe ſibi nihil debet attribuere: quia reſpectu dei minus eſt quā lignū uel pictura. Imo ē purū nihil. Et ideo ſoli deo honor & gloria eſt reddēda. Sibi aūt ſolūmodo uerecūdia & tribulatio: dum uiuit inter miſerias hui⁹ mūdi. Quod .n. referret in xp̄m patuit in cantilena quā ordinauit de laudibus creatoris & per creaturas: quā uocabat canticū fratris ſol. Vbi oſtendit ꝙ oia deo ſunt tribuenda. Patuit ēt quodā facto ab ipſo cantico. Ipſe .n. btūs Franciſcus cū ꝓpter ſuam ſanctitatem honorareſ multū a populo: & non ſolū oſculabantur eius manus imo & pedes: nec talem reuerentiam renueret: ſocius de hoc ſcandalizat⁹ dixit ad eū. Frater nō uides & nō attendis qđ tu facis? Naꝫ hoies te tātū honorāt: & tu talia nō renuis: Imo in eis uideris cōplacere. Reſpōdit btūs Frāciſcus dicēs. Iſti homines nihil faciūt de reuerentia reſpectu eius ꝙ debent facere. Quod ſocius audiens fuit magis turbat⁹. Cui btūs Franciſcus dixit. Frater uide: totaꝫ iſtā reuerentiam que mihi fit: nō mihi approprio ſed ipſam totam ad deum remitto: & me ip̄m cōſeruo in rece mee humilitatis: & totū honorē reddo deo. Homines aūt ex hoc lucranſ. quia deum recognoſcūt & honorāt in ſua creatura & in mēbris. Quo audito frater edificatus remanſit. Et quia btūs Franciſcus oia a deo eē tenebat & cognoſcebat: ideo oia ad ipꝫ referebat: ut dicit dñs frater Bonauētura in decima parte legēde. de omnibus ſibi ſcalaꝫ faciebat: donec ad ip̄m ꝑueniret: qui eſt totus deſiderabilis. Et quia deum in oibus cognoſcebat ip̄m in oibus poſſidebat laudabat & glorificandum cenſebat: & ipſi ſoli ſit honor & gloria ois. prout in prima regula. cap. xxiii. Et ponit īfra fructu xii. & conformitate in caplo de diligendo deuꝫ. Vide ibi. Ipſe btūs Franciſcus fiendū fratribus & eſſe mandabat. Sic ergo .xii. p̄fatis modis pꝫ btm̄ Franciſcum ſe ad inſtar xp̄i abieciſſe funditus & abnegaſſe: prout prima pars expoſitionis exigebat. dicens. Francīſc⁹ ſeparatur. uꝫ. a ſeipſo per ſui contēptū & deſpectioneꝫ. De hac materia multa & plura hēs īfra fructu. xvii. & conformitate ubi de hūilitate tractatur bti Franciſci: & ſpāliter in reſponſione ipſius bti Franciſci facta fratri maſſeo eius ſocio dicenti b. Franciſco: unde ſibi ꝙ totus mundus iret poſt ip̄m & cetera: uide ibi. Sic ergo btūs Franciſcus ipleuit conſilium ꝙ in tertia libri apertione repitur. uꝫ. ſiquis uult uenire poſt me abneget ſemetip̄m &c. Declarato ergo quomō itelligiſ uno modo. Franciſcus ſeparaſ. Declarādū ē quomodo intelligiſ ſecūdo modo de ſeparatiōe ipſius bti Franciſci a mūdo: & licꝫ infra fructu & conformitate. xvi. plene dicatur. de hoc oſtēdo. b. Franciſcū paupertatē pre oibus dilexiſſe. Attñ ſuccincte ē hoc oſtēdendū. Et lꝫ pars hec pateat ex dictis in prima expoſitione p̄miſſa: ſicut dictū ē de xp̄o: qa nō ſtat aliqueꝫ

pfecte ſe abnegare & mūdū diligere: lꝫ nō e cōtrario: tñ. b. Franciſcū mūdū totaliter abdicaſſe plura oſtendunt. ¶ Primū eſt diuitiaꝝ deſpectio. Factus .n. frater & poſt mūdi abrenunciationē coram epo: lꝫ omnē pecuniā ut diabolum horruerit: tñ ſecularis exiſtēs & mercator: nō ſperauit in pecunia & theſauris: Imo liberalis fuit naturalr & diſpenſator erat uaniſſim⁹. unde ſociis & aliis curialiſſimus fuit: cenas & prādia & talia huiuſmodi faciēdo: prout dicit legenda triū ſociorum. Et adeo fuit liberalis: ꝙ faciebat & expēdebat ultra ſuam facultatē: ac de ſua liberalitate per totam uallem ſpoletanā rumor exiuerat. Veꝝ cum hec feciſſet aliqñ ꝓ mūdi fama: a dño reſpect⁹ ad ſemetip̄m conuerſus ait. Ex quo largus & curialis es apud homines a quibus nihil recipis niſi fauorē tranſitoriū & inanē: iuſtum eſt ut ꝓpter deum qui largiſſimus ē in retribuēdo ſis largus & curialis paupibus. Ex tūc ꝓpoſuit omni petenti ſi poſſibilitas affōret ꝓ amore dñi tribuere: maxime ſi diuinuꝫ allegaret amorē: qđ uſqꝫ ad mortē ſeruare non deſtitit. Et quia oēs mundani diligunt munera. Iſa. i. Hoc fuit ſignum in beato Franciſco ꝙ mūdum contēſit: quia ipꝫ nō dilexit. Nōne btūs Franciſcus cū pro reparatione eccleſie ſancti Damiani ſacerdoti pecuniā obtuliſſet & ille nō accepiſſet: in quandā feneſtram ꝓiecit ut puluerē uilipendendo? ¶ Scđm ꝙ oſtēdit mundi contētum eſt humilium perſonarū amor & dilectio: abiectas .n. pſonas .ſ. paupes dilexit eis bñfaciēdo dādo elemoſinas. unde p̄ ſolito panē ſemp ponebat in menſa: adhuc ſecularis menſam panibus replendo. Et cū a matre interrogareſ quare hoc faceret: reſpondebat ꝙ ꝓ elemoſinis dandis pauperibus: quia ꝓpoſuerat omni petēti ꝓ deo elemoſinas largiri. Extra domū uero ſemp pauperibus de denariis ꝓuidebat. Et ſi quādo pecunia non adeſſet ad locū ſecretū pergebat: exuebat camiſiā & pauperi dabat uel mittebat. Nōne militi egeno ueſtimenta que ſibi ipſi de nouo parauerat ſe exuendo tribuit? unde die quadaꝫ mercantiaꝝ abſtractus tumultibus: cum pauperē elemoſinā petētē repuliſſet: gratia diuina ꝓſpectus: ſeip̄m arguit actum ſe egiſſe magne ruſticitatis: dicens ſi ꝓ magno comite uel barone pauper ille a te aliquid poſtulaſſet: certe poſtulatum ſibi dediſſes. quāto ergo magis ꝓ rege regum & oiuꝫ dño id facere debuiſti? Et tunc ꝓpoſuit ꝓ tanto dño poſtulata de cetero nō negare. Nō ſolum pauperibus bñfecit: Imo eoꝝ conſortiū ſecularis exñs libēter habuit: pꝫ ut dictū eſt ſupra quādo rome ſtetit cum pauperibus: & cū leproſis cōuerſabaſ: eis ſeruiēdo & benefaciēdo. Ipſoꝝ ēt paupeꝝ ſtatū p̄ aliis ſanctis amauit & tenuit: quibus amor ad pauperes ipſius ē expſſus. ¶ Tertiū ꝙ oſtēdit btm̄ Franciſcum mūdū deſpexiſſe: eſt parentū deſpectio derelictio & declinatio: Iuxta cōſiliuꝫ xp̄i Luc. xiiii. Siquis uenit ad me: & nō odit patrē ſuum: & matrē: & frēs &c̄. Et btūs Franciſcus hoc egit: nam patrem deſeruit ſibi cōtrariū in dei ſeruitio: uolentē ip̄m inflectere ad ea que ſunt mūdi: ipſi publice coram oibus: cum ſua facultate renūciauit: & coram p̄lato .ſ. epo dixit ad patrē: uſqꝫ modo te

uocaui patrẽ in terris :amodo poſſum ſecure dicere:
pater noſter qui es in celis. Et uide ꝙ parentũ abrenũ
ciatio per btm̃ Franciſcũ: facta ẽ cum deliberatiõe: in
loco patenti: coraꝫ pſona publica & autentica. ſ. epõ:
Et ꝙ ad uoluntatẽ ut ageret que ſũt mũdi: nec minis
nec uinculis nec uerberibus ꝑ patrẽ btũs Franciſcus
potuit inclinari. & nõ ſolum pr̃em: ſed ẽt matrem que
ipm̃ tenerrime diligebat: ꝓ xp̃i amore reliquit. Sic &
frẽs & parentes alioſqꝫ : quocũqꝫ gradu ſibi attinen
tes. ¶ Quartũ ꝙ declarat mundũ a btõ Franciſco cõ
tẽptum ẽ oium reiectio. Nã apoſtoli & ſi nauẽ & alia
reliquerũt: nõ tamẽ ueſtimentũ ꝙ in dorſo habebant.
Btũs uero Franciſcus nõ ſolũ oium terrenoꝝ faculta-
ti abrenũciauit. Sed ẽt pãnos & femoralia reiecit: nu-
dum corpore & mẽte ſe offerẽs brachiis crucifixi: qđ
de nullo alio ſancto mundũ abrenũciante alicubi legi
tur. Vnde bene poterat dicere xp̃o ueraciter. reliqui
oia & ſecutus ſum te. Et ſic in hoc btũs Franciſcꝰ ſin-
gularis ab omnibus repit̃. ¶ Quintũ oſtẽdẽs beatum
Franciſcũ mũdo abrenũciaſſe: eſt uite Aploꝝ electio:
licꝫ. n. ut dicet̃ fructu. xvi. & conformitate: multi diui
tias & mundũ cõtẽpſerint: nullus tamẽ ut apoſtoli: q
omnia dimittẽtes que hẽbant: & hẽre poterant xp̃m
ſunt ſecuti: Quorũ uita fuit que ſunt mũdi abdicare:
& xp̃i ueſtigia ꝓſequi. Btũs Franciſcus euangeliũ ſer
uauit ad itegrũ: ut de eo cãtat̃: Frãciſcꝰ euãgelicũ: nec
apicẽ uel unicuꝫ: tranſgredi nec iota: xp̃m ergo ſeq̃n
do: nec in cõi nec in proprio aliquid uoluit poſſidere:
nec ꝓ ſe nec ꝓ ſuis fratribus. Et tñ papa Ioãnes de-
terminauit ꝙ in cõi habuit ſaluator & apoſtoli. Et lꝫ
btũs Frãciſcus nec in cõi hẽre uoluerit nec i proprio:
nõ eſt dicendũ: dicit dñs papa Ioãnes: ꝙ uita bti Frã
ciſci fuerit pfectior uita xp̃i & Aploꝝ: quia nulla pfe
ctior ea inuenit̃. Sic ergo eligendo ſeruare euangeliũ
& uitã xp̃i & aploꝝ pre aliis qui ante eũ fuerũt: Btm̃
Franciſcũ mũdũ abdicaſſe ex hoc declarat̃. ¶ Sextuꝫ
oſtẽdẽs mundi cõtẽptum a. b. Frãciſco: eſt paupertatis
arreptio deſponſatio & acceptio. de qua quia fructus
eſt. xvi. & cõformitas. nihil dico ad pñs. ¶ Septimuꝫ
eſt in edificiis nulla oſtẽſio. Mundani optãt domos al-
tas pulchras ſumptuoſas & latas. Btũs Frãciſcus ni-
hil talium optauit nec hẽre uoluit: imo uolebat ꝙ do
mus & loca fratrũ quo ad materiã nõ eſſent de lapidi
bus. uꝫ. de ſaxis aut lateribus: ſed de uiminibus luto
paleis cõſerto: quo ad coperturã de paleis : quo ad la
titudinẽ eſſent parua tuguriũcula: & ſic de altitudine
& longitudine. Vnde ut dicet̃ fructu. xvi. & conformi
tate. Omnia talia edificia que ſumã nõ ꝑtenderẽt pau
pertatẽ diſplicebant ſibi: & offendebat: nam domum
factam per cõitatẽ aſſiſii in loco ſancte Marie uoluit
deſtruere: ſed ipeditus fuit ab hoibus ciuitatis. Vica-
rium ſuum frẽm Petrũ cathanii rephendit: qui domũ
paruã edificari fecerat & uilem ad officium dicenduꝫ
& recipiendũ fratres: quia multiplicatiões domorum
ſibi diſplicebant. Et poſt mortẽ quẽdam frẽm qui lo-
cum mutauerat: & domos latiores edificauerat repre
hendit acriter: & ꝙ eum pacaret poſt mortẽ ꝑdixit.
¶ Octauuꝫ qđ btm̃ Franciſcũ oſtedit mũdũ cõtẽpſiſ-
ſe: eſt ueſtiũ & tunicaꝝ deuitatio & quo ad ſumptuo
ſitatẽ: quia de pãno uiliſſimo & rudi indutus eſt ſem-
per: & quo ad multitudinẽ: nam tunica ſola habitua-
li corda fuit contẽtus & femoralibus. Nã ueſtitos du
pliciter oderat: & ſignum extincti ſpũs hoc eẽ dice-
bat. Quia tunc caro ad petẽdũ ſua inclinatur. De hac
materia habes fructu & cõformitate. xvi. Nec tuni-
ca ſua erat ſua imo dabat libẽter petenti: ſicut patuit
quãdo eam fratri Ruffino poſt impreſſionẽ ſtigmatũ
ab ipſo requiſitus dedit. Sic & in loco de grecio cui-
dam fratri eam petenti de francia. Sic & paupibus ſi
aliquid nõ hẽret. Vnde nec cellam nec tunicã nec ali-
quid hẽre uoluit qđ ſuum cenſeret̃. Querendo ſemel
btũs Franciſcus ab uno fratre unde uenerat: & ille di
ceret de cella tua: quia audiuit tua: in cella ꝑdicta no
luit amplius habitare. Bononie ad locũ accedere pro
fratribus ꝑparatum noluit: quia locus fratrũ dicebat̃:
ſed legato apoſtolico: locuꝫ accipiẽte noie eccleſie: &
fratribus ipm̃ cõcedẽte in eo ſtetit. ¶ Nonũ mũdum
oſtẽdẽs a btõ Franciſco cõtẽptũ: ẽ Regule ipſiꝰ cõpo
ſitio. Regula. n. fratrũ minoꝝ qua utunt̃ nunc frẽs: fa
cta eſt a xp̃o & ab ipſo dictata. Vt fructu nono & cõ
formitate dicet̃. Ipſa pre aliis ut pꝫ intuenti totũ mun
dum cum ſuis abdicat: & ſuadet ipſius contẽptum. Et
quia eam ad litterã ſeruauit: argumẽtũ eſt eius obſer-
uantia ad mũdi contẽptũ. ¶ Decimũ eſt oſtẽdẽs mun
di contẽptũ bti Franciſci fratrũ ad ordinem receptio.
Nullum. n. frẽꝫ uoluit ad ordinẽ recipe niſi expropria
tum: & terrenis datis omnibꝰ paupibus. In marchia
quẽdam qui dederat ſua parentibus & nõ paupibus:
noluit ad ordinẽ recipe: Dicens eũ indignũ iungi pau
peribus xp̃i: qui paupes defraudaſti. Contẽptũ oium
terrenoꝝ dicebat ſui ordinis eẽ fundamẽtũ. Vnde ad
ordinẽ uenientibus dicebat uerbũ euãgelii. ſi uis pfe
ctus eſſe: uade & uende oia & da paupibus. ne aliter
faciendo: ad ſcandalũ anime eſſent fratribus loculi re
ſeruati. ¶ Vndecimũ oſtẽdẽs ꝓpoſitũ bti Frãciſci de
mundi contẽptu: eſt fratrũ in ſtatu uocationis eorum
ꝑmanſio. nam ut fratres ad nihil mũdi afficerent̃: ipos
noluit ad eccleſiaſticas dignitates ꝓmoueri. unde do-
mino Hoſtiẽſi qui fuit poſtea papa Gregoriꝰ nonus:
ſiſcitanti ab eo ſi ſibi placeret ꝙ fratres ꝓmouerẽtur
ad dignitates eccleſiaſticas reſpondit: Dñe: minores
iõ uocati ſunt frẽs mei: ut maiores fieri nõ ꝑſumant:
ſi uultis aũt ut fructum faciant in eccleſia dei: tenete
illos & conſeruate in ſtatu uocatiõis eoꝝ: & ad pre-
lationes eccleſiaſticas aſcẽdere nullatenus ꝑmittatis.
unde nec ambiuit graduꝫ eccleſiaſticũ nec frẽs uoluit
ad talia anhelare. ¶ Duodecimũ & ultimũ oſtẽdens
btm̃ Franciſcũ mundũ deſpexiſſe: eſt ad nil mũdi affe
ctio: ſed tota mente & deſiderio ad patriam ſuſpira-
tio & intẽtio. uñ nõ ꝑlationẽ: quia hanc depoſuit: nec
pecuniã: quia hanc deſpexit: nõ honores: quos decli-
nauit. nõ aliquid terrenum appetiit: ſed tota affectiõe
ſuſpirabat ad patriam: ut xp̃o uniret̃ per gloriam: cui
icorporatꝰ manebat per imitationẽ & dilectioneꝫ: &
ſicut mente erat ad eterna ſuſpenſus: ſic & corpore &
ꝑſertim facie ad celeſtia ſtabat totus affectus. Vt cui

dicit dñs frater Bonauētura in quarta parte maioris legende: Videbať intuētibus homo alterius ſeculi: qp pe qui mēte ac facie in celum ſemp intentus: oēs ſurſuʒ attrahere niteretur. Nec imerito ſic uidebatur: qa cū eo pgente xp̄s crucifixus ibat: cum ſtante xp̄s: btā Maria: ſancti Ioānes bapt ſta & euāgeliſta. Petrus & Paulus & alii ſancti morabanť. Hunc ſancti angeli ſepe uiſitabant: ac grãꝝ diuinarū influentia ptangebāt: quare celibatus ſupni magis quā mundani incolatus effigiē ptendebat. Iaʒ dictis ergo pōt clareſcere ſeruū altiſſimi btīn Frāciſcū mundū funditus deſpexiſſe: qđ erat declarandū p expōne ſecūda huius fructꝰ & cōformitatis. uʒ. quo ad eius ſcđam partē: que dicit Frāciſcus ſeparať. ſ. ad inſtar xp̄i: a quo: ſ. a mūdo p ipſiꝰ totalem abdicationē & deſpectum: & ſic pʒ quomodo btūs Frāciſcus primo ſe: deinde mūdū abiecit abnegauit & cōtēpſit. Et ſic cōſequēter apparet declarata huius ſexti fructꝰ & cōformitatis ſecūda pars. que erat uidelicet Franciſcus ſeparatur.

¶ Incipit fructus ſeptimꝰ & cōformitas. uʒ. Ieſus hoſti exponitur Franciſcus moleſtatur. Expoſitio prime partis. uidelicʒ Ieſus hoſti exponitur.

QVta in huius fructus ſeptimi & conformitatis prima parte: agitur de tentatiōe dñi Ieſu xp̄i facta p hoſtē diabolum ipſo exiſtente in deſerto: Hinc eſt ꝙ p eius expoſitione ſunt tria uidēda. Primū quibꝰ modis genus hūanū a diabolo ipetitur & tētatur. Scđm quare dñs noſter uoluit a diabolo tentari & quali modo tētationis ab hoſte ppulſatus eſt. Tertiū quibꝰ modis ab homine diaboli tentatio ſupať & abiicitur. Sed añ oia ſciendum eſt: ꝙ hic agetur de tentatione diaboli: put tota tentatio eſt a diabolo: & ſupatio a tentato: ipʒ abiicit & repellit. Fructu uero & cōformitate. xxi. agetur quomō diabolus ab homine expelliť p ipſius ſupationē: ab eo quē diabolus impetiit: & tandē diuina gr̄a eſt & fuit. ¶ Pro primi euidentia eſt ſciendum ꝙ hoſtis antiquꝰ diabolus Leo & draco eſt. & uocať draco ppter maliciā & nequiciā. de quo dicit pſalmiſta pſalmo. ciii. draco iſte quē formaſti ad illudenduʒ ei &c. Et Apoč. xx. diabolus draco & ſerpens appellatur: diciť ēt leo rugiens. i. Petri. iii. & hoc ratione uiolentie & potētie: quia quē nō pōt uincere malicia: multotiens ſuperat potētia. Quia ergo leo & draco ē ipſe hoſtis diabolus: Hinc eſt ꝙ duobus modis nos tētat. Et primo ut draco malicia & uerſucia. Secūdo ut leo potentia & uiolentia. Tentandi modos diaboli declarando p̄fata duplici uia. & primo quomō tentat malicia ut draco: Eſt ſciendū qđ ſic multis modis tētat & tentauit genus humanū. Aſtucia ergo tentādo & malicia ipſe tentat. Primo modo, uʒ. ſuaſione ſuadendo: & quaſi rōnabiliter qđ ſuggerit fieri debere oñdedo. Et hoc modo geñ. iii. Tentauit Euam & decepit. Secundo modo blanda illectiōe: & ſic tētauit genus humanum. Geñ. vi. uʒ. filios Seth: qui dicebanť filii dei: Hos tentauit eſca. ſ. pulchritudine filiarū Cain: & ſic eārum adinuicē cōmixtione: iratus deus pdidit oēm carnē: Noe cuʒ uxore filiis & uxoribus eorū pſeruando.

q̄ꝺo diabolꝰ tētat aſtucia ut draco.

Tertio modo in errorem deductiōe. Hoc mō tentauit filios iſrael i deſerto. Exodi. xxxii. Et nūeri. xxv. ad idolatriam pducendo. Quarto modo pmiſſiōe. pmiſit enim primis parentibus deitatē: & xp̄o ut diceť infra oia regna mundi ſi pageret qđ ſuadebat: Quito modo difficultatis ad bonū peragendū oſtenſione. dicens ꝙ arta uia eſt que ducit ad paradiſum & ad uitam. Et ſic tentauit filios iſrael. Numeri. xiiii. Qui ob difficultatē nolebant ire ad terrā pmiſſionis. Sexto tedii poſt bonū inceptū ne perficiať imiſſione. & ſic tentauit & alias filios iſrael. Exodi. xvi. Et nūeri. xx. Qui libenter exierūt de egipto & deſertū intrauerūt: ſed labore itineris ulterius ire nolebāt. Et ſic quoſdā tentauit de ſequentibus xp̄m. Ioā. vi. qui audiētes xp̄m dicebant durus eſt hic ſermo: & ab eo receſſerūt. Septimo modo ad dubietatē mentis pductionē. Sic tentauit Balaam. Numeri. xxiii. qui ab angelo retardabať ne iret ad maledicendū filiis iſrael: & diabolus ad oppoſitum eum inducebat &c. Sic & filios iſrael tēpore helie quibꝰ ipſe Helias dicebat. iii. ꝶ. xviii. Vſqʒquo in duas partes claudicatis &c. Octauo modo iportunitate & aſſidua inquietatiōe. Hoc modo uoluit tentare Ioſeph. Geñ. xxxix. per mulierē egiptiacam que ſibi erat iportuna: & ceperat eū. Nono ſubite & iprouiſe aie aggreſſione: & pſertim quādo ocioſam inuenit & male diſpoſitam. Sic tētauit Iudam ſcarioth: q uidens unguentū effundi ſup caput Ieſu: & murmurauit ſtatim & eius mortē ordinauit. Decimo modo occulta inſidiatione. hoc modo tentauit. Act. v. Ananiaʒ & uxorem eius Saphiram ut occultarent de p̄cio poſſeſſionū ſuarū: & mentirenť Apoſtolis. Vndecimo modo fraude & deceptione. ſic tētauit illum diuiteʒ nequā. Luce. xix. Qui deceptiōe diaboli credebat diu uiuere & ſubito mortuus eſt. ſic ēt decepit Achab pmiſſiōe uictorie. iii. ꝶ. xxii. Duodecimo ſe in angelū lucis iuxta dictum apoſtoli tranſformatiōe: Sic multos inuitis patrū decepit: apparēdo in forma angeloꝝ pro parte dei ſanctoꝝ patrum & mulierū. Sic ēt uolendo xp̄m decipe in forma humana apparuit. Et q̄uis ſint multi alii modi quibus diabolus tentat ut draco cum ſint ei mille ad nocendū artes: ſufficiant tamē p p̄nti duodecim modi p̄ſati. Et quia nō ſolum draco ē ſed & leo ipſe hoſtis antiquus: iccirco quos ſupare nō poteſt aliquādo ut draco p aſtuciam & maliciā: aliis modis ſupať. ſ. per uiolentiā & potentiā ut leo. Et primo modo afflictiones temporales procurando: ſic tentauit filios iſrael. Exodi. iii. & v. faciendo eos affligi ut deum non audirent. ſic petrum afflixit. Actuum. xii. faciendo eum poni in carcerem &c. Et ideo dicebat Iob. xxx. pharetram ſuam aperuit. i. tribulationes & afflictiones: & afflixit me. Secūdo modo carnem flagellādo: ſicut fecit: Iob cap. i. quē percuſſit ulcere peſſimo ut malediceret dño deo ſuo. Tertio modo bona fortune auferendo ſic tentauit Iob oia temporalia

q̄uo tētat ut leo.

auferēdo ab eo:Iob.i. Sic & tobiam .Tobie.i. Quar
to modo que amamus ſubtrahendo.ſ.filios & filias.
Hoc patuit in Iob & ſancto Euſtachio &c. Quinto
modo que naturalr̃ odimus ingerendo:ſicut infirmita
tes ut Iob qui infirmatus eſt.Et tobias excecatus eſt:
ut de dn̄o murmurarēt.Sexto modo prauos homines
contra bonos ꝓuocādo & inducēdo:qui ſui ſunt ſatel
lites:ſic fecit filiis iſrael:pꝫ de Senacherib: Nabucho
donoſor:Holoferne:Antiocho:& ſic de aliis qđ ho
die facit per tirānos & ſociardos &c.Xp̄ꝫ fecit occidi
per pilatuꝫ & iudeos & romanos qui oēs mēbra erāt
ipſius diaboli.Septimo ſe uiſibilē ut timeaṫ oſtēdēdo
& demonſtrādo:ſicꝫ fecit btō Antonio btō Benedicto
& pluribus ſanctis. Octauo modo bona que agimus
īpediendo.ſic btām Claram ab oratiōe retrahere ē co
natus.Sic & multos in uitis patrū tentauit.Nono mō
Sanctos pſequēdo.quoſdaꝫ carnis tētatiōe ſicut btm̄
Criſantū Ioſaphath bn̄dictum &c. Quoſdā accidia:
quoſdā aliis uiciis.Vt uidit btūs Abbas Machari⁹qn̄
in ſpē medici diabolū cuꝫ diuerſis ampulis ad fratres
pergentē cōſpexit.Decimo delectatiōe reſoluēdo ſi
cut Dauid:quē nō potuit pſecutiōe ſupare: uicit de
lectatione cum berſabee ſecūdi.ꝶ.xi. Vndecimo mō
nō conſentientes opprimēdo.ſicut de ſancto Antonio
abbate:& de btō Antōio nr̄o:ad cui⁹guttur diabolus
poſuit manus ut eū ſuffocaret.Duodecimo ad deſpe
rationē cōducendo.ſicut facit cōtinue. quia multi ita
impetūtur ab ipſo acriter: ꝙ deſperātes tētationibus
eius cōſentiunt.Sic tētauit achithophel:qui ſeipꝫ ſu
ſpendit.ii.ꝶ.xvii.Et ſic de multis aliis qui ſeipos di
uerſis modis interemerūt.Prefatis modis diabolus tē
tat ut leo.& ſi alii modi ſunt: quia poſſent ad pfatos
reduci:dicti iam ſufficiant.Et ſic pꝫ primū qđ erat ui
dendū.❡Secūdo uidēdū erat quare dn̄s noſter Ieſus
xp̄s uoluit tentatiōi diaboli ſubiici:& quomō. Et bre
uiter hanc partē exponēdo.Vidēdum eſt primo:qua
re uoluit tentari a diabolo: Ad qđ reſpōdeṫ ut nos pa
riter uerbo informaret & exēplo. Cuꝫ.n.tota uita no
ſtra ſit plena tentatiōibus:quia tentamur a mūdo car
ne & diabolo:xp̄s igiṫ tentari uoluit.Primo ut exēplū
patientie nobis pberet: quia ſi ipſe qui ſine pc̄tō erat
tentationē patienter portauit:multo fortius nos pec
catores.Scđo ut modū oſtēderet diaboli tentationem
ſuperādi.de quo in tertio modo diceṫ. Tertio ut fru
ctum oſtēderet ſi tentatio ſuperetur: quia angeli acce
dunt ad talem & miniſtrāt ei:ut factū eſt ipſi xp̄o.ſed
qs diabolus fuerit ille q xp̄m tētauit — hic ſunt aliqua dubia.❡Primū ē quis fuit iſte hoſtis
& diabolus.Rn̄deṫ ꝙ crediṫ ꝙ fuerit lucifer qui pri
mos tentauit parentes.quia hic hoſtis xp̄o promitte
bat oia regna mūdi & ſi fallaciter.Lucifer.n.ē rex ſu
per oēs filios ſupbie.Ad ip̄m tentāduꝫ ſagacior uenit
& aſtucior:quare & ipſe princeps mūdi lucifer: quem
ſuperando & fugauit a mūdo & ligauit.Apoc̄.xix.
An ī ꝓpria forma tentauit. — ❡Scđm dubium an in propria forma tētauerit. Rn̄
detur ꝙ nō ne quis eſſet agnoſcereṫ: ſed nec homo i
proprio eſſe ſubſtātias ſeparatas cernere ualet: quare
In quo loco tētauit — creditur ꝙ in forma hūana eidem ſe oſtēderit.❡Ter
tium dubium in quo loco xp̄m tentauerit.Rn̄dit quā

geiium ꝙ in deſerto. Math. iiii.ut.uꝫ oſtēderet. Pri
mo ꝙ diabolus maxime bene uolentes opari aggre
ditur.Secūdo ut ſancti poſt euꝫ futuri qui ad deſerta
pgerent ſcirent ſe perlaturos hoſtis tentatiōes.Ter
tio ut oñderet ꝙ ſolitarios diabolus aggredi conatur
Quarto ut oñdat ꝙ oia & ſe relinquentes:quia tales
ſunt in deſerto & ſi a diabolo inuadanṫ. nō tn̄ ſuperā
tur.Quinto ut quāta ſit difficultas in bene agēdo oſtē
deret.Xp̄us.n.nō iuit ad deſertum ut tentareṫ ſed ut
ieiunaret:ſed ad hanc opationē eſt conſequuta diabo
li tentatio.Sexto ut quādo fit rectum aliquid a nobis
& diabolus conatur impedire ſuis modis: non debet
dimitti ſed proſequi:quia pſeuerās in campo certami
nis triumphū obtinet peroptatū. Viſo ergo q̄re xp̄us
uoluit hoſti quo ad tentationē ſubiici. ❡Videndū eſt — q̄re diabolus xp̄ꝫ tētauit.
quare diabolus ad tentandū ip̄m acceſſit.Et dicūt do
ctores ꝙ uolebat experiri an eſſet deus uel purus ho
mo:quia argumēta erant ꝓ utraqꝫ parte. ꝙ eſſet hō:
quia ieiunio expleto eſuriuit ut homo. ꝙ eſſet pluſq̄
homo:quia nullo alio cum eo exn̄te ieiunauit.xl.die
bus & totidem noctibus. Quādo.n.moiſes ieiunauit
ipſe erat cum deo: Helias ex cibo prius ſumpto ſic ie
iunauit:ſed xp̄s cibū nō ſumpſit: & ſolus a diabolo ē
inuentus.Et ideo hoc uidendo ut agnoſceret an eſſet
deus:ip̄m tētare uoluit.Et ideo dixit in prima & ſcđa
tentatiōe:ſi fili⁹ dei es &c. ❡Sed quomō potuit dia
bolus xp̄m deum eſſe ignorare:cum tot ſigna in nati
uitate eius fuerint facta:Rn̄deṫ ꝙ diuia uirtute ip̄m — q̄o diabol⁹ xp̄m tentauit.
latuit.❡Reſtat ergo uidere quomodo diabolus xp̄ꝫ
tentauit.Vbi ſciendū eſt ꝙ tentatio diaboli fit tripl̄r.
Videlꝫ ſugeſtione delectatiōe & conſenſu. Itē tenta
tio alia interior que fit a carne & aliquādo a diabolo:
alia exterior que fit a diabolo.Dictum eſt ēt ꝙ diabo
lus tentat ut draco & ut leo.Ad ꝓpoſitū. diabolus ut
leo xp̄m tentare nō potuit:quia uim ei inferre nō ua
luit:ſed ut draco tentauit.ſ.malicia & aſtucia: ut ſicut
primos parentes tentauit de gula de ſupbia & de aua
ritia.ſ.de cupiditate habendi ſciaꝫ boni & mali:ſic &
xp̄m pfatis modis tētauit.de gula.de pſumptiōe que
eſt filia ſuperbie.& de auaricia:omnia regna mūdi p
mittendo.Sed xp̄m iuteriori tentatione tentare nō po
tuit:quia nihil impellens ad malū in ipſo fuit:ſola ten
tatione exteriori ipſum pulſauit. Nec delectatiōe aut
conſenſu potuit xp̄m tentare:quia xp̄s peccare nō po
tuit.quare ſolo primo modo.ſ.ſugeſtione ipſum tenta
uit.quibus apparet quomodo hoſtis antiquus xp̄ꝫ tē
tauit.❡Sed quia dictū eſt ꝙ xp̄s uoluit tentari ut no — An hō debeat appetere tētari
bis preberet exemplū:poſſet queri an nos tentari ap
petere debeamus: Rn̄detur ꝙ a carne nō. Ratio qa
talis nō eſt ſine peccato ſaltem ueniali. dicit magiſter
ii.diſ.xxi.A diabolo non a uiris īperfectis ſed perfe
ctis xp̄s nō dedit exemplum tentationē appetendi: ſꝫ
exemplum pbuit ut ſi tentatio afforet eaꝫ uincendi &
ſuperandi.Et ſic pꝫ ſcđm qđ erat uidendū. uidelꝫ cur
xp̄s hoſti fuit expoſitus & de modo.❡Reſtat uidere
de modo tentationes diaboli ſuperandi. quod eſt ter
tium uidendum. Circa quā partem & ſi doctores di
uerſimode loquanṫ:nam quidam dicunt ꝙ ſugeſtioni

qb⁊ mōis uincaꝛ ten tatio.

diaboli ſi nō attendatur:utpote ad aliud conuertēdo
cogitamē:tentatio ſuperaꝛ.Alii dicunt cogitando ſta-
tim quādo diabolus tentat penas īfernales. Alii dicūt
ꝙ cogitandū eſt premiū qd̄ ꝓmittiꝛ tentationi nō con
ſentientibus.Attn̄ ſaluatoꝛ noſter in ſancto euāgelio
oſtendit modos aliquos. ¶Et primo per ieiuniuꝫ car
nis extenuatione. Nam ut ipſe apoſtolis dicit. Mar-
ci.xvii.Hoc genus demonioꝝ eiciꝛ ieiunio & oꝛone.
Et hanc uiam oſtendit ipſe ſaluator: qui ieiunauit.xl.
diebus &.xl.noctibus:oſtendens ieiuniū appetendū:
ꝓpter multa que facit ieiunium ut dicūt doctores de
ipſo loquentes & tractantes. Et quia cum inſtrumen
tum diaboli ſit noſtra caro:ieiunio atteriꝛ & domatur.
¶Secūdo fide & tota in deo ſpei & fiducie poſitione
Nam aīa debet eſſe in deſerto.i.ab omni ſpe alia de-
ſectata: & tunc ſi habebit fideꝫ & dicet monti idē tē
tationi ut transferatur.i.abſcedat fiet:ut Ieſus beatuꝫ
Franciſcū docuit. ¶Tertio ſacre ſcripture memoria
& attentione.Ipſe ſaluator in tentatiōe ſua ad ipāꝫ ſu
perandam & diabolum conuincēdū ſola ſcriptura eſt
uſus diuina.Ad oſtēdendū ꝙ ipſa docet diaboli tenta

qōo ꝑ me ditatiōem ſcripture diuine uin caꝛ tētatio

tionem euitare. ¶Et pro huius euidentia inueſtigan-
dum eſt quomō ſcriptura docet hoc. Vbi ſciendum ꝙ
diabolus de bono nō tentat nec inducit hoīem ad bo
num peragendum ſed malum: & ſi malum ſub ſpecie
boni ſaltem delectabilis. Modo de nullo malo ſpēm
ꝓſerente boni pōt diabolus tentare: de quo ſacra ſcri
ptura inſpicientem diligenter nō informet & uerbo &
exemplo. Si enim diabolus tentat te de aliquo uicio
utpote.de ſupbia debes uidere quid ſcriptura uerbo
promat & exemplo. Nam ꝙ non aſſentias huic ten-
tationi:te docet oſtēdēdo ꝙ mala ſit ſupbia. dicēs il-
lud Eccī.x.Odibilis deo & hominibus ſupbia. Et ia-
cobi.deus ſupbis reſiſtit humilibus aūt dat grām. Et
beata Maria dicit.Luc̄.i.diſperſit ſupbos mēte cordis
ſui.Et nō ſolum uerbo docet:ſed ēt exēplo quomodo
ſupbia nō eſt appetenda: oſtēdendo mala que de ipſa
ꝓuenerunt.Supbia.n.Angelus ſupmus diabolus effi-
citur.Iſa.xiiii.Adam a paradiſo in hanc miſerie ualleꝫ
deicitur.Arfaſath regno priuatur.Iudic̄.i. Senacherib
gēte ab angelo ſpoliatur.iiii.ꝵ.xix.Et ſic de aliis. Tē
tatus ergo a diabolo de pertinentibus ad ſupbiam ut
de appetitu dominii & ſtatus & ſimilibus: quia uidet
ꝙ ſcriptura uerbo & exemplo oppoſitū oſtēdit:debet
nolle ipſam in ſe locum hēre:quare nō aſſentit diabo
lo ſibi hoc perſuadēti: imo accipit oppoſitū.uꝫ.humi
litatē quā aſſumere ſcriptura iducit uerbo dicēs illud
Iudic̄.ix.Humiliū & māſuetoꝝ deo ſemp placuit ora
tio & ſupplicatio.ps.Reſpexit in orationē hūiliū &c.
Exemplo.Dauid humilis ſit rex.Et Maria humilitate
ſit mater dei.Et ſic de aliis.Modo tentatus debet dice
re ꝙ bonum eſt:& facit bonū habēti:eſt ꝓſequēdū:&
ꝙ malū eſt in ſe:& facit malū habenti: eſt ſugienduꝫ.
ergo nolo ſequi ſupbiā ſed humilitatem: quare demō
tue nō aſſentio tentationi.Et ſic pꝫ de modo uincendi
tentationē diaboli per ſcripturā. Et ſicut dictuꝫ eſt de
uicio ſuperbie ſic etiaꝫ eſt de aliis. ¶Si de luxuria tē-
tat uide quid ſcriptura dicit uerbo: Certe illud Eph.

v.Omnis fornicator aut immundus nō habet partem
in regno xp̄i & dei.Quid oſtēdit exēplo? Certe ꝙ ipſa
eſt fugienda:quia per ipāꝫ genus humanū in diluuio
ſubmergitur.Gen̄.vii.Sodomite celeſti igne cōburū-
tur.Gene.xix.Amon & Abſalon occiduntꝛ.ii.ꝵ.xviii.
Et ſic de aliis.Quid de oppoſito dicit ſcriptura.ſ.cō-
tinētia & caſtitate? Certe illud Eph.v. unuſquiſqꝫ ue
ſtrum ſciat ſuum uas poſſidere &c. Quid oſtendit de
hoc exemplo? Certe ꝙ caſtitate homo a deo diligitur
& ad gloriam ſublimaꝛ.Pꝫ in Ioſeph.Gen̄.xxxix. Et
ſic de aliis hoc ꝑpendēs tentatus nō aſſentit libidini
ſed diligit caſtitatē & mundiciā. ¶De ira ſi tentat dia
bolus uadat tētatus ad ſcripturam:& uideat ſi ſuadet
ipām uel eius oppoſitum:& uidebit ꝙ diſſuadet iraꝫ
uerbo.dicēs.illud Eccī.xxx.zelus & iracūdia minuūt
dies.Exemplo.Cain a deo deſpiciꝛ & damnaꝛ.gen̄.v.
Saul a diabolo captiuatur.i.ꝵ.xvi.& ſic de aliis.Sua
det ire oppoſitū.ſ.pacem & tranquillitatē.di.illud ps.
Si uis uidere dies bonos inquire pacē & ꝑſequere eā.
Exēplo Moiſi qui fuit mitiſſimus & pacific⁊ & a deo
dilectus.Numeri.xii.debet ergo tentatus dicere tēta
tori.Ego uolo uiuere:quare nolo iram ſequi: & paceꝫ
hēre:quia ero dei amicus.& ſic a tētatione ire libera
bitur. ¶De auaricia ſi tentatur:reſpiciat quid de ipſa
dicit ſcriptura uerbo.Certe illud Eccī.x.Auaro nihil ē
ſceleſtius.Et Apoſtolus auaricia eſt idoloruꝫ ſeruitus.
Quid oſtēdit exēplo? Certe Balaam auaricia necatū.
Numeri.xxv.Achor a populo lapidatum Ioſue.vi.&
ſic de aliis.Et de oppoſito dicit uerbo illud Prouerb.
xxviii.Qui odit auariciam longi fient dies eius. Exē
plo quid oſtēdit? Tobias fuit liberalis ad paupes: &
dn̄s eum bonis repleuit.Tob.xi. Quia ergo auaricia
eſt tam mala & eius oppoſitum eſt ſic bonū: dicat ten
tatus tentatori.ego nolo primū ſequi ſed ſcd̄m. ¶De
inuidia ſi quis tentaꝛ ei occurrit ſcriptura oſtēdēs ma
lum inuidie.dicēs uerbo:Sapie primo:Inuidia diabo-
li mors intrauit in orbem terrarū: & ſequunꝛ eum qui
ſunt ex parte illius.Exēplo.Achitofel inuidia ſe ſuſpē
dit.ii.ꝵ.xvii.Chore cum aliis a terra uiu⁊ abſortus ē.
Numeri.xvi.& ſic de aliis.Oppoſitū oñdit. dicēs dili
ge ꝓximū tuū ſicut teipm̄. Math.xix. Et diligite ini-
micos ueſtros. Mat.v. Exēplo.Dauid & Ionatas in-
timi fuerunt &c.ii.ꝵ.i. ¶De accidia ſi tētat uide ſcri-
pturam dicentē:Eccī.xxxiii.Multa mala docuit ocio-
ſitas:& qui ſequitur ocium nō uidebit bonū. Exēplo
ſodomitarum:ad qd̄ pctm̄ ut dicit Ezech. Induxit ac
cidia.Oppoſitum ſuadet dicēs Eccl'iaſtes nono.Quic
quid pōt manus tua oꝑare &c. Exēplo.quia oꝑanti-
bus in uinea.Math.xx.Datur uite eterne ꝑmiū. Qua
re nō eſt acquieſcendū tētationi:dicat tentatus de ac-
cidia ſed eius oppoſito. ¶De gula ſi tentatur qd ſcri
ptura dicat uerbo uideat Eccī.xxxi. Amaritudo anīe
uinum multū potatum &c.exemplo.Holofernes a Iu
dith truncaꝛ:& Simon machabeus occidiꝛ.i. Macha.
ultio.De ſobrietate dicit.i.Petri.v. Sobrii eſtote &c.
Exemplo Salomonis qui abſtinuit a uino &c. Et Da
nieli deus dedit ſapiaꝫ.Dan̄.i.Quia ergo gula inſipiē
tem:& ſobrietas facit ſapientē. dicat tentatus tenta-

tori. Ego nolo eē īprudēs q̄re nec gulā ſectari: ſʒ uolo
eē ſapiēs q̄re oppoſitū uolo ꝓſeq: & ſic ei⁹ tētationeʒ
ſupat & uincit. De multis aliis exēpla & uerba patēt
in ſcriptura: q̄ ſi diligēter intueanť: hō a tētatiōe nō ſu
pať. uerꝫ q̄a hic modus ē hoīuꝫ intelligētiū ſolū & nō
ignorātiū: & ſic nō oīum gñalr: dať a xp̄o modus ali⁹
diaboli tētationē ſupādi in orādo. ❡ Quarto mō. ſ. ora
tione. Nā in deſerto ipſe nihil aliud faciebat niſi ora-
bat. Orōne diabol⁹ expelliť ut ait ſaluator Mar. xvii.
Moiſe orāte ignis. ſ. tētatiōis abſortus eſt Nume. xvi.
Tobia orāte demoniū ab angelo expulſum ē. Tobie
ix. ❡ Quinto humiliatiōe. xp̄s in deſerto oñdit humi
litatē de ſe nō p̄ſumendo: deū ſolū adorando: & cū be
ſtiis cōuerſando: ac pmittēdo ſe a diabolo duci & tan
gi. Et q̄ humilitas diabolū pellat: pꝫ uiſione bti Anto
nii: q̄ in aere ſubleuatus uidit totū mundū laqueis dia
boli plenū: & cū Antoni⁹ diceret q̄s euadet: dctm̄ eſt
ſibi: humilitas: Cōtraria cōtrariis curanť. diabolus ſu-
pbus ab humili ſupať. Fr̄ Ruffin⁹ uiſus a demone ha
bitāte in hoīe q̄ ibat p pane: ſtatim quē poſſidebat di
miſit dicēs. Quod eius tantā humilitatē ferre nō pote
rat. ❡ Sexto dei timoratiōe. cū dixit dñs deū tuū ado
rabis & illi ſoli ſeruies. ſ. nō ſeruili timore ſʒ filiali. Sed
q̄ timor filialis oēm ſupet tentationē. pꝫ ſcriptura di-
cente Eccle. i. Timor dñi expellit pc̄tm. Nam ſi ho-
mo de quacūqꝫ re ſeruire deo tenteť a diabolo: ſi eſt ti
mor dei in eo ſtatim dicit. ego debeo ſeruire deo timo
re filiali: & filius debet ſibi cauere ab omni eo q̄d eſt
p̄ris offenſiuū. ſed cuꝫ deus ſit meus p̄r: & hoc de quo
tentor nō eſt in dei complacentia imo oppoſitū: quare
ego ut bonus filius p̄rem ipſum nolo turbare: & cōſe
quēter q̄ mihi ſugeriť nolo exercere. Et ideo bñ dicit
ſcriptura. beatus cui datū eſt hēre timorē dñi: quia ti-
more dñi filiali exiſtente in anima: cū p̄ſeruet eam ab
omni q̄d eſt offenſiuū dei: & per cōſequens a peccato:
homo a nulla pōt ſupari tentatione. Iſtos ſex modos
ſaluator dum ſupat hoſtem: ad ipſum uincendū nobis
clementer oñdit. Sed nūquid alii modi repiunť a p̄ſa-
tis? Certe ſic & multi. ❡ Et primus modus eſt Ieſu be
nedicti nominis inuocatione: tentatio ſic ſupať. Mat.
ultimo. In nomine meo demonia eicient & Luce. x. di
xerūt apoſtoli Ieſu. In nomine tuo demonia ſubiiciun
Oratio ad tur nobis. ❡ Secūdus modus eſt uirginis glorioſe Ma
ꝓpellēdā tē rie noīatiōe dicēdo. Aue maria gr̄a plena &c̄. uel illaꝫ
tatiōeꝫ ex orōneꝫ Maria mater gr̄e mater miſericordie tu me ab
perta. hoſte ꝓtege & in hora mortis ſuſcipe. Qua exptū eſt
diabolū abſcedere ſtatim. ❡ Tertius modus eſt alicu
ius ſancti deuotiōe Iob. vi. Ad aliquē ſanctoꝝ cōuer
tere. Btūs andreas ap̄lus ſibi ep̄m deuotuꝫ: a diabolo
in tētatione liberauit. ❡ Quartus modus eſt hui⁹ uer
ſiculi p̄ſonatiōe mēte & attentiōe. uꝫ. deus in adiuto-
riū meū intēde: dñe ad adiuuādū me feſtina. ſtatiꝫ ho
mo tētatus liberať ut dicit Ioānes Caſſianus in ſecun
da collatiōe abbatis Iſaac. ❡ Quintus modus crucis
Alia ora- xp̄i facta in fronte & mēbris deuota figuratiōe & ſi-
tio ad idē gnatione ſtatim tentatio uel mitigať uel abſcedit: q̄a
diabolus cum ſtatim fugiat: abſcedit & eius tentatio.
Hoc modo quēdā btūs Baſilius a diabolo & ſua tēta
tionē cū ſignando liberauit. ❡ Sextus modus eſt ocu
loꝝ ad celum eleuatione. dicendo Ieſu fili Dauid mi-
ſerere mei. Hec dicendo Cananea a xp̄o meruit obti-
nere filie ſue a demonio liberationem. Huius aūt effa
tione in purgatorio ſancti Patricii ſtantes: ab inſidiis
diaboli ſtatim liberanť. ut dicit legenda ſancti p̄dicti.
❡ Septimus modus paſſionis xp̄i memoria & recor-
datione. Dauid citharam percutiendo diabolū a Saul
abigebat. Cithara paſſionē & cruceꝫ xp̄i ut dicunt do
ctores ſignificabat. xp̄s multis apparuit diuerſimode
tentatis: ſed crucifixus de plagis ſanguineꝫ eiciens: &
prefatis dixit: q̄ quando tētarenť dictas plagas inſpi-
cerent & ſanarenť: ut fructu nono & cōformitate ha-
beť. ❡ Octauus modus continua carnis maceratione:
ſenſuum gubernatiōe. Contra carni deditos diabolus
p̄ualet ut dixit Raphael ad Tobiā. caplō. vi. Et chri
ſtus dicit cū fortis armatus cuſtodit atrium ſuū. i. men
teꝫ & ſenſus ſuos in pace ſunt oīa que poſſidet. San-
ctus Benedictus diaboli tentationē carnis maceratio
ne ſuperauit. ❡ Nonus modus exercitio & operatōe.
Ieronim⁹. Semper aliquid boni facito: ut diabolus te
inueniat occupatū. Euam ocioſam tētatione uicit. ſed
Paulum apoſtolum intentum operi nūquaꝫ ſuperauit.
❡ Decimus modus tētatiōis: p cōfeſſionē reuelatiōe.
Statim. n. ut homo tētationē p̄ri ſp̄ūali confiteť: & dia
bolus uidet ſe detectū fugit & recedit: ut patuit in plu
ribus in uitis p̄rum. Tali. n. extricatione egrediť ut di
cit Iob. Coluber tortuoſus. ❡ Vndecim⁹ modus ꝓſpe
ritate diabolus multos ſuperat: ſed paucos aduerſita-
te. Tempore perſecutionis Dauid a diabolo non fuit
ſuperatus: ſed bene tempore proſperitatis. Quare ho
mo ſi deus ſibi imittit tribulationes libenter ſufferre
debet: ut diaboli tentationes ualeat ſupare. ❡ Duode
cimus modus totius ſpei nr̄e in deū ꝓiectiōe. ut ſicut
ipſe fecit nos & nō ipſi nos & cura eſt ei de omnibus:
ſic in ipſo tota ſpes ponať. dicendo dñe ſicut uis & ſi-
cut ſcis miſerere mei. Chriſantus hoc modo tētationē
ſuperauit. dicēs cum pſalmiſta. domine dic anime mee
ſalus tua ego ſum. Multi alii proculdubio ſunt modi
ſed hi ſufficiant pro generali modo ſupandi tentatio-
nes diaboli: q̄a de his & doctores & ſcriptura ut pa-
tet loquitur. Et ſic patet tertium q̄ erat declarandum
pro huius fructus ſeptimi & cōformitatis prima par
te. uidelicet Ieſus hoſti. ſ. diabolo exponitur ſcilꝫ eius
tentationi. Et conſequenter predicta prima pars eſt
breuiter declarata.

❡ Secunda pars fructus & conformitatis ſeptime. ſ.
Franciſcus moleſtať. Expoſitio.

PRime partis uiſa expoſitiō
ne fructus ſeptimi & con-
formitatis: conuenienter ui
dendum eſt de parte ſecun
da. uꝫ. Franciſcus moleſta
tur. i. Qualr̄ a diabolo bea
tus Frāciſcus fuit tentat⁹:
ut filiis in hoc ipſi xp̄o iue
niať. ❡ Vbi ſciendum q̄ ſicē
nullus ſanctoruꝫ eſt uirgi-

ne excepta:qui a diabolo nõ ſit agitatus preſecutioni
bus:ſic nullus eſt:q nõ ſit tẽtatioĩb⁹ expertus.Et pci
pue fuit.b.Frãciſcus cuius ortu in iferno facta eſt cõ
motio magna.ut dctũ eſt ſructu.iii.& cõformitate:p
quã ppẽderunt p.b.Franciſcũ & ſuos.infernũ deſtruẽ
dũ:ne tot ad ipm pgerẽt.ob cui⁹ merita uitã exempla
& uerba & ſuoꝝ : quot añ ad ipm infeliciter deſcẽde
bant.qđ ſic agnoſcẽtes:ad pſequendũ ipm principali
ter:& poſtmodũ ſuos ſunt conati.Et queadmodum di
ctũ eſt:diabolũ tẽtare duplr.ſ.ut draconẽ & ut leonẽ:
ſic.b.Frãciſcũ tã i ſeculari habitu exñtẽ: q̃ poſt iceptũ
ordinẽ:pſatis duobus modis eſt pſecutus.¶Inſecut⁹
eſt hoſtis.b. Franciſcũ primo ut draco malitia & aſtu
tia multiplr.¶Prio pſuaſionib⁹:ipꝫ ut mũdanis dare
Vãtas. b. Franciſci añ conuerſionem. tur inducẽdo.Nã.b.Franciſc⁹ exñs ſecularis & merca
tor p inoꝝ:cũ eſſet natura hilaris & iocundus ac libe
ralis: diaboli pſuaſiõe deditus fuit plurimũ mũdanis:
uacãs iocis & cãtibus:& in comeſtionib⁹ pfuſior aliis
ultra decẽtiã ſui ſtatus: ſic & curioſitate ueſtimentoꝝ
fuit ualde mundanus: ſicqꝫ mũdo deditus diaboli p
ſuaſione in cibo & in ueſtimẽtis fuit ualde uanus:& ſi
nõ quo ad laſciuiaꝫ:dño eius corpore mundo ſeruãte:
quod ſacris ſtigmatibus figurare uolebat.¶Secundo
blãdiciis & allectiõibus.Eſca paraẗ captionib⁹ piſciũ:
&.b.Franciſco qbuſdã honorib⁹ impẽſis:ipm diabo
lus ad ſe inflectere p imitationẽ mũdanoꝝ ſtuduit:qa
.n.multũ erat curialis: & iccirco de hoc a uanis comẽ
dabaẗ:ad expẽdẽdũ ex hoc incitatus:tales & tam ma
gnas faciebat expẽſas:ꝙ a parẽtib⁹ multotiẽs fuit ar
gutus dicentib⁹ꝙ tam magnas quo ad ſe & quo ad
alios expẽſas faceret:ꝙ nõ eoꝝ filius ſed cuiuſdã ma
gni baronis uidereẗ. Quib⁹ largis expenſis factũ eſt:
ut de eo quo ad hoc p totaꝫ puinciam diuulgareẗ: &
ipſe a ſociis princeps fieret:baculuſqꝫ ſibi dareẗ ut do
mino eoꝝ: & ipſe ſecundũ uoluntatẽ ſuã expenſas fa
ceret in comeſtionibus & aliis: & ſic ut eoꝝ princeps
& dñs baculũ portãdo in manibus:p ciuitatẽ cãtando
incederet:& talibus applauſib⁹ diabolo pcurãte alli
cereẗ ad que ſunt mũdi pſeqnda cũ corde. Nõne hoc
inductiõe hoſtis fiebat:ut p fauore trãſitorio Franci
ſcus expenderet ſua: nõ dãdo paupibus ſed mũdanis
& lecatorib⁹:Et ſic ut uacaret comeſtionib⁹ die ac no
cte & cãtibus diabolus ut draco.b. Franciſcũ tẽtauit.
¶Tertio pmiſſionib⁹:cũ.n. plebeius mercator eſſet
& popularis:cordi eius diabolus tẽtationib⁹ imiſit ut
fieret miles:& adeo hoc eius cordi fuit ipreſſuꝫ: ut ar
ma pãnos & neceſſaria pparaet:p militia conſequen
da: uolẽs ad quẽdã nobilẽ de regno accedere nomine
gentilẽ:p quẽ ſpabat eidẽ obſequendo decus obtine
re militie.Sic ergo diaboli tentatione in mundo tene
baẗ mente: ut nõ de deo ſed de mundi pompa & glo
ria totalr cogitaret.Et quod maius eſt poſt induitiõeꝫ
militis paupis queꝫ ſe expoliato ueſtierat xpi amore:
dño ſibi apparẽte de nocte:& palatium ſpecioſum &
magnũ cũ militarib⁹ armis oñdẽte eidẽ:ac ipm ſuum
eſſe & ſuorũ militum aſſerente: dum ſurgeret a ſõno:
non ad ſpũalem ſed ad tẽporalẽ ſui exaltationeꝫ:uiſio
nem inflexit.credens ex hoc in mũdo ſe magnifice ſu

blimandum gloria temporali.¶Quarto beatũ Fran
ciſcũ diabolus tẽtauit errorib⁹.Nõne.b.Franciſcus er
rabat itelligẽdo tẽporalr circa ipm fieri:qđ de⁹ ſpũa
liter itelligebat.b.eni Franciſcus militie ſpũalis caput
eẽ debebat nõ carnalis:& ſpũales milites hẽre debe
bat ñ carnales:cũ arma nr̃e militie nõ ſint carnalia: ſꝫ
ſpũalia.ueꝝ qa ſpũs ſcti unctionẽ:q̃ docet oia:nõduꝫ
accepat nõ miꝝ ſi iſtinctu maligni:errore ſic laberet:
ut.uꝫ.militiã tẽporalẽ pcipere ſe crederet: & ad obti
nẽdũ pſequereẗ p poſſe.ut.n.obtineret militiã in Apu
liã ire deliberauerat:tãtaqꝫ letitia repletus eſt uiſione
diuina:ad bonũ pſpitatis tẽporalis ipſam credẽs diri
gi:ut multis mirãtib⁹ & q̃rẽtib⁹. uñ ſibi tãta ineẽt le
titia:rñderet dicens.Scio me magnum principem affu
turum.unde iter arripiens neceſſariis habitis pro mili
tia conſequenda: Spoletuꝫ deuenit: ubi poſt cogitatio
nem taꝫ de itinere cepto perficiendo q̃ de optato fine
adipiſcẽdo:ſopori deditus: a ſumma luce uiſitaẗ Chri
ſto:& de mente errorem abiciens:Franciſcuꝫ inſtruit
quo pergat:ſed Franciſcus totum referans: quod ſuo
uertebat in pectore:inquit xp̃us ad eum. Quis põt ti
bi melius facere dñs an ſeruus?Et cum rñdiſſet Fran
ciſcus ꝙ dñs: intulit ipſe xp̃us. Cur ergo relinquis p
ſeruo dñm:& principẽ p cliente?Et errorem abiiciẽs
a Franciſco:cum ipſe diceret:dñe quid uis me facere?
Ieſus lux uera reſpondit.Reuertere in terrã tuã: quia
uiſio quaꝫ uidiſti:ſpũalem pfigurat effectum:non hu
mana ſed diuina in te diſpoſitione complendum . quo
audito Franciſcus errore abiecto: Aſſiſium ſecurus re
uerſus & gaudẽs:pſtolabaẗ dñi uoluntatem. ¶Quin
to a diabolo btũs Franciſcus pſequiẗ uariis cõfeſſioni
bus q̃ arduum foret dñi uiam uelle ingredi:& per eaꝫ
ambulare.dum enim Franciſcus deditus eſſet pnitate
nature ad pſequenduꝫ mundana & patrẽ ad hoc im
pellentem haberet & a bono totalr retrahentẽ: ſoci
os ſolaciis & iocis & aliis laſciuiis puocãtes ad uana
ſequẽda:nullũqꝫ hẽret:qui eũ ad bonum ppelleret:ni
ſi xp̃m.Qui nondum ſe plene eideꝫ expreſſerat:hinc
eſt ꝙ ſumma cũ difficultate Franciſcus bonuꝫ pagere
poterat:& potius ad dimittẽdũ aggreſſam uiaꝫ domi
ni ubi cepiſſet:q̃ ad pſequendum prefatis uiis ſugge
ſtione diabolica impellebaẗ.quibus per tempus com
motus Franciſcus:uiam non pſequutus ſpũs ſed mun
di ſtetit.quo ad uſqꝫ uiſitatus ex alto:uetera abiiciẽs:
& que retro ſunt:ad noua & anteriora ſpiritus ſe extẽ
dit . Ipſo deniqꝫ a Spoleto reuerſo : poſt dies aliquos
ſero quodam in dominuꝫ electus a ſociis:& cena ſua
diſpoſitione affluentiſſime preparata : ac ipſo refecto
cum ſociis: non dat pro impenſis Chriſto domino glo
riam:ſed per ciuitatem ſociis eum precedentibus de
cantando cum baculo:ut dominus eos ſubſequitur ua
nus uir Franciſcus. uerum cum talia perageret igno
ranter a domino uiſitatur : & ꝙ mundana gaudia ni
hil ſunt : ſuperinfuſa dulcedine eius cordi dominus ei
expreſſit . Qua dulcedine non ſolum in uirum muta
tur alterum : ſed ſenſu motu priuatur & lingua ut
nihil aliud ſentire uel audire niſi dulcedinem iſtam
ualeret : & ſicut poſtea ipſe retulit : ſi totus fuiſſet

inciſus:ſe de loco mouere non potuiſſet.¶ Sexto ag-
greſſus eſt.b. Franciſcum terroribus.cum iuxta poſſe
poſtq̄ xp̄i incepit ſcādere uiā:& mūdana dimittere:re
uocare conatus. Nā cū ad quādā criptā ad orādū pge
ret ut eū dn̄s dirigeret in agēdis:hoſtis antiquꝰ:ut eū
a bono ꝓpoſito reuocaret:timorē ſibi incuſſit pariter
& horrorē:apparēs ei uiſibilr̄:cuiuſdā mulieris gibbo
ſe deformiter in ciuitate exiſtentis Aſſiſii memoriā ei
īpreſſit:cōminās gibboſitatē illiꝰ mulieris in ip̄ꝫ tacta
re:niſi a concepto ꝓpoſito reſiliret : ſed ipſe miles xp̄i
iā factus:minas diaboli paruipēdens:itra dictā criptā
deuote orādo:ut eū dn̄s dirigeret pmāſit . ¶ Septimo
mō diabolus.b Frāciſcū aggreſſus ē.uꝫ. dubietatibus
& diſtractōibꝰ.Nō ē poſſibile pedē tenētibꝰ in mūda
nis:q̄ ſūt dei tota mēte in eis pfici nec ab eis:multa.n.
& uaria occurrūt & ſe in portu poſitos exiſtimātes in
medio maris tumultuū & diſtractionū ſe iueniūt ꝓie-
ctos.btūs.n. Frāciſcꝰ & ſi guſtato ſpū pl'a pageret pfe
ctōis:qa tū nondū totalr̄ mūdū dimiſerat:hinc ē ꝙ di
ſtractōibꝰ multis diſtrahebať.Si bonū agere uolebat:
ipellētē aut ꝯſulētē ad h̄ nō hēbat:ſꝫ ad oppoſitū:q̄re
nō tota mēte cōplexabať altiſſimū: & multotiēs timo
ri terreno cor eiꝰ ſubiiciebať . Nōne heſitare uiſus eſt
b.Frāciſcꝰ dū poſt allocutōeꝫ diuinā ſibi factā in Spo
leto de uia dei aſſumēda:cū ſe cenis & iocis daret:p̄fe
rebat prauū bono:& q̄ erant ſpūs ſūmitebat appetitui
ſenſuali?Nōne ip̄e pꝰ uēditionē pānoꝝ ut eccleſiā ſcti
Damiāi repararet:dū pr̄is & parētū eū pſequētiū mi-
nas audit:terrore cōcuſſus:nec cōfiſus de diuino auxi
lio latebrā fouit:?q̄re minis terroribꝰ & detractōibꝰ ut
neſciret qd ageret:ab hoſte fuit ipetitus. Veꝝ qa dūs
ſue cōſolatiōis & illumiatiōis radiis iā eiꝰ ſcitillauerat
mētē:& ſi ꝓ tūc nō ppēderet : diſtractiōibꝰ ſepoſitis:
& meliꝰ decernēs ſeruire altiſſimo q̄ mūdo:timore &
dubitatiōe abiectis de fouea exiuit:& ciuitatē cōſtan
ter itrauit:& tēporis in ꝓceſſu in tāta tentatiōe eū po
ſuit diabolus ſubtrahēte dūo ſolitas cōſolatiōes:ut ſe
derelictū heſitaret a xp̄o. ¶ Octauo mō diabolus.b.
Frāciſcū aggreſſus eſt iportunitatibꝰ. Nōne diabolus
erat iportunꝰ.b.Frāciſco cū p̄rem eiꝰ & parentes aſſi-
due iduceret.ut.b.Frāciſcus reuocareť ad uomitū: nec
ſemel:bis uel ter ſꝫ ꝯtinue:nō ſolū uerbis ſꝫ minis:uin
culis & uerberibꝰ.Hec pugna qa aſſidua:ceteris p̄ce
deribꝰ ualidior fuit:& ſi a.b.Frāciſco gr̄a freto diuina
fit ſupata abnegatis parētibus & mundo corā ep̄o: &
xp̄o ꝓſus inixꝰ. ¶ Nono aggreſſus ē diabolꝰ.b.Frā
ciſcū ſubitis agitatiōibꝰ. Multotiēs.n.crediť diabolꝰ
ab homie abſceſiſſe q ſemp ē pn̄s:ut dū nō adeſſe cre
diť:cū mēs torpeſcat: eā ſubito & iprouiſo ipſe hoſtis
agrediať.Quod i p̄re.b.Frāciſco ſemel euēit iter alia:
cū nocte q̄dā ꝓpter īfirmitatē capitis & oculoꝝ p̄ter
ſolitū moreꝫ ceruical de pluma poſitū h̄ret ad caput:
ſtatiꝫ diabolus ipꝫ itrās:uſqꝫ ad matutinū inqetū mul
timode: a ſcē oꝛonis ſtudio pturbauit:ſꝫ ſocio uocato
puluinar cū demōio extra cellā ſecit aſportari: quo de
ferēte ſtatiꝫ membroꝝ oīum uires amiſit:quouſqꝫ ad
uocē.b. Franciſci h̄ cognoſcētis in ſpū:uigor priſtinus
cordis & corporis fuit eidē plenarie reſtitutꝰ. ¶ Deci
mo aggreſſus ē aliqn̄.b. Franciſcū hoſtis occultis ptur
bationibꝰ.diabolus.n.aliqn̄ nō p ſe inqetat ſctōs ſꝫ p
alios fieri h̄ ꝓcurat.b.Frāciſco exn̄ti ſeculari pſecutio
nes parauit p ſocios:q uidētes eū ſuū cōſortiū dimiſiſ
ſe:& fatuū eū putātes luto & lapidibꝰ petierūt. Facto
iā deniqꝫ pfecto occultꝰ inſidiatꝰ eſt p mulieres.dū.n.
ad Soldanū iuiſſet:ad peccādū a muliere ē iuitatꝰ ſara
cena.ſic imperatoris federici ſatellitis diaboli iuſſu:fe
mina iclusa cū.b.Frāciſco in camera ipſiꝰ.b. Frāciſcus
inqetatiōibꝰ diaboli cōturbatꝰ eſt.De qbꝰ ſuis in lo-
cis diceť iferiꝰ. ¶ Vndecimo.b. Frāciſcum aggreſſus
eſt diabolus fraude & deceptiōibꝰ. & h̄ ſibi exhibuit
dū in heremo de ſartiano.b.Frāciſcꝰ hītaret. Ibi.q.dū
uacaret oꝛoni ter a diabolo Frāciſce frāciſce franciſce
iclamať:cui cū qd q̄reret rn̄deret:fraudulenter & fala
citer ille ſubiūxit. Nullus ē in mūdo pctōr:cui ſi ꝯuer
ſus fuerit nō indulgeat deꝰ.ſed q pnia dura ſe necaue
rit:miſericordiā nō iueniet in eternuꝫ.Cuiꝰ fallaciā uir
dei p reuelationē cognouit : & qd uellet eū peragere
euētus ſequēs oñdit.Nam uehemēs eū carnis tētatio
app̄hēdit. Quam ut p̄ſenſit ip̄e ſancte caſtitatis ama
tor: depoſita ueſte:chorda cepit ſe uerberare fortiſſi-
me:& in niuē demergēs corpuſculū iam nudatū: p pe
nas carnis incēdium extinxit libidinis: quo & tētator
ſtatim abſceſſit & taliter ꝙ nūq̄ preſenſit in poſterū.
¶ Duoedcimo trāſfiguratiōibꝰ.b.Franciſcū diabolus
conatus eſt tētare:& qa qd̄ mēbris fit:capiti inferni di
gnoſciť:p̄ſertim capite qd̄ fit mēbris agnoſcente.licet
.n.btūs Franciſcus diabolū nūq̄ uiderit in angeli lucis
ſpēm tranſfiguratū:ꝙ de eo legať: niſi uellimus dicere
eidē in forma aliqua q̄ ſit ſua frequēter apparuiſſe:ta
men quia fratri Ruffino:quē.b.Franciſcus ut filiuꝫ &
ſe diligebat : diabolus in forma xp̄i apparere multo-
tiens pſumpſit: ut eū ab inceptis deflecteret : de quo
diceť fructu.xxi.& cōformitate ſequēti &.b. Frāciſcū
nō latuit:imo omnia uidit:& ip̄m a deceptōibus dia-
boli liberauit:ſic ergo modis & uiis prefatis:ut draco
diabolus.b.Franciſcū aggrediēs:ab eo eſt uictus tan-
dem & ſupatus.¶ Et nō ſolū ut draco.b. Franciſcum
diabolus impetiit ſed ut leo:& taꝫ ip̄m q̄ eidē fratres
adherentes: ſicut in fructu & cōformitate ſequēti pa
tebit de pluribus fratribꝰ a diabolo impetitis:q ipſuꝫ
uiriliter ſuparunt.uolens igiť hoſtis antiquus beatum
Franciſcū aggredi:ut leo uexare eū cepit.¶ Et primo
tēporalibus afflictionibꝰ ſi loquimur d ſtatu eius in ſe
culo:hoſtis antiqui factū eſt opatione:ut ipſe beatus
Franciſcus ſecularis exn̄s a Peruſinis capeť:& per an
num in cuſtodia affligereť. Suggeſtione diaboli factū
eſt ut a p̄re uerberareť:ſtringereť loris & uincularetur.
Inſtigatiōe inimici factū eſt ut Franciſcus a ſociis lapi
dibus & luto impetereť.Agitatione eiuſdē demonis p
actū eſt ut btūs Franciſcus & ſibi fratres in principio
adherētes tam a ſecularibꝰ affligerenť:q̄ a p̄latis uili-
ficarenť:fame cruciarenť & aliis incōmodis uexarenť:
& cū mali omnes ſint(ſtāte eoꝝ malitia)diaboli mē-
bra: ꝓut dicit btūs Gregorius.Et ſi mali xp̄iani:mul-
to fortius infideles ſaraceni:btūs Frāciſcꝰ ab ipſis tor
mētatus:& multiplr̄ eſt afflictꝰ in acceſſu ad ſoldanū

ſub iſto mõ hoſtis diaboli eſt tẽtatione ꝓbatus. ¶Se
cundo mõ btũs Franciſcꝰ uexatus a Leone eſt.i. a dia
bolo carnis flagellatõibꝰ. A dño cardinali ſcte crucis
ſibi deuotiſſimo initatꝰ btũs Franciſcꝰ ut in urbe ſecũ
aliquãtulũ moraret̃ & acqeuiſſet: cũ poſt oꝛõnẽ acqe
ſcere uellet: ſupuenerũt demones in ipm atrociter iſur
gẽtes: quẽ diu cũ uerberaſſent ac dure: ad ultimuꝫ q̃ſi
ſeminecẽ reliquerũt. Qui talibꝰ ſublatis flagellis uale
faciẽs cardinali abſceſſit. ¶Tertio bonorum fortune
ſubtractõibꝰ. licet.n. btũs Frãciſcus iuiolabilr̃ paupta
tis uotũ ſeruauerit: attñ pie credendũ eſt: ſocios de di
uitiis & aliis fuiſſe a diabolo ſub diuerſis tentatos co
loribꝰ. Quãdoqꝫ in cõi uolebãt hẽre aliqd. Quãdoqꝫ
ꝓpter ſupuenĩetes fratres hoſpites: uolebãt de rebus
itrãtiũ ꝙ q̃dã ſeruarent. Aliqñ paupeꝝ intuitu: ut eis
poſſet ꝓuideri: ſic diabolꝰ ſtatũ pauptatis iſringere ẽ
conatꝰ. Sed a btõ Frãciſco ſemp fuit ſupatꝰ: qa nec in
ꝓprio nec in cõi uoluit fratres aliqd hr̃e: nec de fratri
bus itrãtibꝰ aliqd reſeruari: nec pecuniã iuẽtã quocũ-
qꝫ colore tãgi. Nã p apuliã pgens iuxta Baꝝ dũ iret
p uiã burſam magnã ipſe & ſociꝰ in itinere poſitã iue-
nerũt: ueꝝ ipſe ſciẽs hoc eſſe diabolicũ figmẽtũ: ſocio
iſtãte ut burſa ad dandũ paupibꝰ tolleret: pmonitꝰ ut
caute eã tolleret: dũ eã tangit: ſtatim diabolus in ſpẽm
colubri ab ea egreſſus ſimul cũ burſa diſparuit. Alius
frater cõtradicẽte ſocio: dũ denariũ in uia reptũ ad dã
dũ paupibꝰ ſuſcipit in ore: p diabolũ lingua & mẽbris
ſtatiꝫ priuatꝰ fuit: ſꝫ denariũ dũ ab ore ꝓicit & priam
pagit liberat̃. Sicqꝫ notãdũ ꝙ taliũ bonoꝝ ſubtractio
nc: cũ eẽt penalis. Diabolus aliqñ filios.b. Frãciſci &
frẽs tẽtauit: q̃ qa minime ipm.b. Frãciſcũ latebãt: in fi
liis.b. Frãciſcũ hoc mõ tẽtaſſe põt dici. ¶Quarto mõ
diabolus uexatꝰ ẽ.b. Frãciſcũ alioꝝ: quos ipſe.b. Frã-
ciſcꝰ amabat inqetatõibꝰ. diabolus.n. uidẽs.b. Franci
ſcũ nõ poſſe tẽtare neqꝫ ſupare: ad frẽs tẽtandos & fi
lios ſe cõuertit. nã Fr̃ Bernardus ut btũs Frãciſcus co
gnouit: a ſubtiliſſimis demõibꝰ fuit impetitꝰ: a qbꝰ ut
liberaret̃.b. Frãciſcꝰ xp̃m deuotiſſime exorauit. Fr̃ ruf
finus a diabolo tẽtatꝰ & deceptꝰ: p ipm.b. Frãciſcũ ad
lumẽ ueritatis eſt pductus. Fr̃ Egidius: ut patebit fru
ctu & ꝯformitate ſequẽti: a diabolo fuit multiplr̃ af-
flictꝰ. Fr̃ Angelus ſocius.b. Frãciſci cũ a diabolo inqe
taret̃: & ipm ualde timeret: nec uellet ob hoc ſtare ſo-
lus.b. Frãciſco hoc reuelãs: eidẽ ſcũs mãdauit ut mon
tẽ altũ aſcẽderet: & demões uocaret dicẽdo: ſupbi de
mões oẽs ad me uẽite: & facite i me qeqd poteſtis: ſꝫ
nullo uenſẽte ipauidus deiceps remãſit. Tẽtauit ergo
alios ptis ſocios ut dicet̃: & tñ ab eis eſt uictus. Non
ne ipſe.b. Frãciſcus uidit totũ locũ ſcte Marie de An-
gelis a demonibꝰ obſeſſum ut frẽs tẽtaret: tñ ad ſo-
lũ unũ meditãtẽ cõtra frẽm uindictã unꝰ de ꝑſatis de
monibꝰ eſt ingreſſus: quẽ.b. Frãciſcus ut dicet̃ fructu
xvii. & cõformitate liberauit. Nõne.b. Frãciſco caplm
gn̄ale aput ſanctã Mariã de Angelis celebrãte: in quo
ad ſex milia fratrũ fuerũt: decẽ & octo milia demonũ
ꝯgregati ſũt in hoſpitali parietis qd eſt iter ſanctã Ma
riam de Angelis & Aſſiſiũ: & cõtra.b. Frãciſcũ & frẽs
cõſiliũ inierũt qũo ipm & ipſos agrederet̃ tẽtatiõibꝰ.

Et cum multi plura dixiſſent: tandẽ unus de ſubtiliori
bus demonibꝰ dixit. Cõſulo ꝙ cũ Frãciſcus & ſui ſint
abſtracti a mundi amore & deũ ita feruẽter diligẽtes
& corpus affligentes: & iõ nihil poſſit fieri cõtra eos:
ꝙ dimittamꝰ eos mõ: & expectate donec iter eos in-
trent iuuenes & ſenes infirmi cum feruore modico: &
tũc impugnabimus eos & paulatiue ducemus eos ad
mundi amorẽ & ſui & diuitiaꝝ: & ſic hẽbimus de eis
uictoriã. Et ſic oẽs huic conſilio adheſerunt. Et utinã
nõ eſſet hoc conſiliũ in nobis & ꝑdeceſſoribus imple
tuꝫ. Demones ergo fratres uarie tentando: cũ tã q̃ filii
diligerent̃ a.b. Frãciſco: inqetãdo eos: hoc mõ & btm̃
Franciſcũ. ¶Quinto mõ pſecutiõibꝰ & ſpãlr̃ que na-
turaliter qs odit ingerendo. duo pre aliis hõ amat. uꝫ.
lumẽ oculoꝝ & qetẽ: utroqꝫ Diabolus.b. Franciſcuꝫ
eũ inſequẽdo priuare eſt conatus: & hoc ſpãliter cum
aliqñ eſſet in ſancto Damiano cũ btã Clara. adeo.n.
fuit tunc in oculis diuina permittẽte ſapiẽtia graui in-
firmitate pcuſſus: q̃ & ſi ex fletu euenerit: ſubito tñ &
cũ moleſtia ſumma factũ eſt diaboli opatiõe: q a loco
nõ ualẽs diſcedere.b. Franciſcus fecit de ſtoriis quan-
dam cellã: ubi cũ dicta grauiſſima iſirmitate p dies q̃-
draginta in ſũmo dolore pmanſit. Nec deſtitit diabo-
lus ex h̃ ab eius pſecutione: ſed in ſpẽ murũ & ratoꝝ
ſe fingẽs: cũ nõ pmiſit in dicta iſirmitate qetẽ aliquã
obtinere. Quod cũ pr̃ Frãciſcꝰ aduertit: & diaboli eẽ
uexationẽ agnoſcens: deo grãs q̃tũ ualuit reddidit: ro
gãs ut ſupadderet ſi ſue eẽt placitũ uolũtati. ¶Sexto
cõtinuis agitatiõibꝰ eũ tẽtauit: adeo.n. btõ Franciſco
fuit moleſtꝰ: ut eũ ſine ſui uexatiõe eẽ nõ ſineret. Et h̃
p magnũ tp̃s durauit. Et iõ ipe.b. Franciſcus dicebat:
ſi ſciret frẽs: quot tribulatões faciũt mihi demões: nul
lus eẽt illoꝝ: q pietatẽ magnã & cõpaſſionẽ d me nõ
hẽret: & iõ hac de cã multotiẽs dicebat ſociis ꝙ non
poterat de ſe ſatiſfacere fratribꝰ: & oñdere illis aliqñ
familiaritatẽ ſic̃ frẽs deſiderabãt. ¶Septimo mõ dia-
bolus.b. Franciſcũ tẽtauit apparẽtibꝰ uiſionibꝰ. nõ.n.
aliqñ i ſimulata ſpẽ apparebat diabolꝰ.b. Frãciſco: ſꝫ
clara & apta uiſiõe ſe in ꝓprio eẽ ad eũ terrẽdũ oñde
bat: & q̃ terribilis ſit effigies eiꝰ ipſe.b. Frãciſcꝰ expſ-
ſit ſcõ fratri Egidio: qui cũ a diabolo ualde moleſtare
tur: iterrogauit.b. Frãciſcũ ſi aliqd ẽ ſic terribile in mũ
do: ꝙ hõ p unũ pr̃ nr̃ nõ poſſet ſuſtinere. Rñdit btũs
Frãciſcus diabolũ eẽ: quẽ nullus poſſꝫ ſuſtinere p me
dium pr̃ nr̃: donec diceret̃: qn ſtatim moreret̃: niſi dñi
ſubſidio adiuuaret̃. uiderat.n. eũ multotiẽs ut dcm̃ eſt:
q̃re & q̃ terribilis eſſet explicabat. ¶Octauo mõ dia
bolus.b. Frãciſcũ ut Leo aggreſſus ẽ multis ipetitiõi
bus: nã ut dicit dñs frater Bonauẽtura i decima parte
legende maioris. multotiẽs orando horribiles pugnas
demonũ frequẽter ſuſtinuit: q ſecũ ſenſibilr̃ cõfligẽtes:
manu ad manũ nitebant̃ ipm ab oꝛõnis ſtudio pturba
re. Ipe uero armis munitꝰ celeſtibꝰ: q̃to uehemẽtiꝰ ipe
tebat̃ ab hoſtibꝰ: tanto fortior in uirtute & feruentior
reddebat̃: in ꝑce fidẽter dicẽs ad xp̃m. ſub umbra alla
rum tuarum protege me: a facie impioꝝ: qui me affli
xerunt: ad demones autem facite in me quicquid ua-
letis maligni ſpũs & fallaces. Non.n. poteſtis niſi q̃tũ

nos manus ſuperna relaxat. Et ego ad perferendū oīa
que illa decreuerit infligenda: cū omni iocūditate pa-
ratus aſſiſto. Quā mentis conſtantiā ſuperbi demones
nō ferentes abſcedebāt cōfuſi. in eccleſia ſancti Petri
de Bononia ꝓpe treuiū emiſſo ſocio: cū dicto cōple-
ctorio: & aliis orōnib⁹ peractis uellet qeſcere: nō po-
tuit. Spūs autē eius cepit timere ac ſentire diabolicas
ſuggeſtiones: Et ſignās ſe ſtatiꝫ exiuit eccleſiā dicens:
ex parte dei oipotētis dico uobis demōes ut exercea
tis circa corpus meum. quod datū uobis fuerit a dn̄o
Ieſu xp̄o: quoniā ſum paratus ad oia ſuſtinēda. Cū.n.
maior inimicus q̄ habeā ſit corpus meū: uindicabitis
me de aduerſario meo & peximo inimico: & ſtatim ſu
geſtiones ille ceſſauerūt. Et ipſe ad locū reuerſus ubi
iacebat dormiuit in pace. ℭ Nono modo diabolus ag
greſſus eſt btm̄ Franciſcū malis informatiōibus. Nam
ut dictū eſt tētationē carnis in heremo de ſartiano ei-
dem immiſit: quā diuina gr̄a ſuperauit. Alia uice in loco
ſancte Marie de portiuncula: ut nō aggrederetꝛ penitē
tiā diſſuaſit. ut3. cū btūs Frāciſcus oraret in cella & dn̄i
paſſionem ploraret: diabolus apparēs eū icrepauit de
nimia penitētia: quā faciebat dicēs ei: neſcis ꝙ dormi
re corporis eſt potiſſimū alimentū? tu iuuenis es & ut
alias tibi dixi in quadā eccleſia que uocatꝛ quatuor ca
pelle de comitatu tuderti: ꝙ alias poteris facere peni
tentiaꝫ de peccatis tuis. Ad qd ergo te affligis in uigi
liis & orōnibus? Statim btūs Franciſcus tunica exuta
& femoralib⁹ de cella exiēs ad ſiluā ꝓpe eccleſiā exi-
ſtentē ſic nudus cū frigus eſſet & niues ac glaties ac-
ceſſit: quā per clauſam ſepē intrans & ſpinoſam ſe in
dicta ſepe & ſilua ſpinis plena uolutando in corpore
ſpinaꝝ puncturis cruētatus fuit dicēs: melius eſt mihi
ꝙ ſic agnoſcā dn̄i paſſionē: q̄ ut obtemperē blandiciis
deceptoris. Ad qđ eſt ſecutū: ꝙ ſilua ſtatim: cū eēt nox
diuina claritate eſt perfuſa: & btūs Franciſc⁹ ueſte ab
angelis ꝑparata noua fuit indutus. Et ad xp̄m & uir-
ginē exñtes in eccleſia ſancte Marie ꝑfata accedens:
indulgētiā: que nūc eſt in dicta eccleſia impetrauit: &
nō ſolum talib⁹ informationib⁹ malis: ſed multis aliis
beatū Franciſcū ſuꝑare eſt conatus ut in ſequētib⁹ ap
parebit. ℭ Decimo conatus eſt diabolus ſuꝑare bea-
tum Franciſcū in delectatiōibus. Et quo ad guſtū. u3.
qñ ibat p mūdū & recipiebatꝛ ſumptuoſiſſime. Et quo
ad cibaria ſic ꝑparabat laqueū. Sed btūs Frāciſcus &
ſi parciſſimus in cibo fuerit & potu. Vt dicetꝛ infra: tn̄
ꝓpter uerbū euāgelii ſe ꝯformabat ſuſcipientibus in
qualitate ciboꝝ: ſed ſic mādncabat ut nō ſolū abſtinē
do ſed ēt mādncando ꝑbebat edificatiōis exemplū: ut
dicit quinta pars legēde maioris. Et quo ad honorem
& famā: quia ubiq3 honorabatꝛ: & p totū orbē ibat ſa
ma ſue ſanctitatis. Attamē nec honore fuit aliqñ ela-
tus nec fama delectatus. Imo de oppoſito: ut ſuperi⁹
in aliis fructib⁹ eſt dictū. Etiā diabolus delectatione
carnali conatus eſt eū titillare: ut dcm̄ eſt in duab⁹ mu
lierib⁹ ip̄m ad turpia inuitātibus: quas caſtitatis ama
facto dixit ad btm̄ Franciſcum. Si quis a dño ſuo ha
beret multa uel pauca que tenuiſſet p multos annos:
Et nollet amplius retinere: quid de ipſis agere poſſet
qd melius eſſet? Rñdit btūs Frāciſcus q ea dño ſuo
reddere deberet: a quo eadem recepiſſet. & dñs Ber-
nardus ait. & ego fr Franciſce oia mea bona tēpora-
lia uolo erogare amore dñi mei: qui ea mihi contulit
put tibi melius uidebit expedire: & te ſequi: & face-
re quecūq mandaueris. Sanctus aūt Frāciſc⁹ hoc au
diens replet⁹ gaudio dixit. Dñe Bernarde iſtud ē op⁹
tam arduū: q de hoc eſt dñi noſtri Ieſu xp̄i cōſiliū re
quirēdum: ut ipe dignet beneplacitū ſuum oſtendere:
qualr iſtud pficere ualeamus. Tūc ad eccleſiā ſancti
Nicolai ppe plateā ciuitatis aſſiſii ierunt: una cū alio
nomie petro: qui et cupiebat frater fieri: & ibi audita
miſſa & orone uſq ad tertiā plongata: tandē beatus
Frāciſcus librum clauſum flexis genibus accipiens de
altari: ut dicit legēda trium ſocioꝝ: & ſibi crucis ſigno
facto: codicē euangelioꝝ ſiue miſſale aperuit. & i pri
ma aptione occurrit illud cōſiliū dñi. Si uis pfect⁹ eē
uade & uēde omnia que habes: & da paupibus & ha
bebis theſauꝝ in celo: quo cōperto btūs Frāciſc⁹ ga
uiſus eſt ualde: & grās egit dño. Sed qa uerus cultor
trinitatis: trino uoluit teſtimonio cōfirmari. ſcdo & ter
tio librū aperuit. Et in ſecūda aptione occurrit illud.
nihil tuleritis in uia &c. In tertia uero illud occurrit.
Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipm & tollat
crucem ſuam & ſequat me. Tūc btūs Franciſc⁹ dixit
pdictis uiris dño. ſ. Bernardo & Petro. Fres. Hec ē
regula & uita nr̄a. Et oium qui uoluerint nr̄e ſocieta-
ti ɔiungi. Ite & ſicut audiſtis implete. abiit itaq dñs
Bernardus qui erat diues ualde: & uenditis oībus q
habebat: multaq pecunia cōgregata: paupib⁹ ciuita
tis uniuerſa diſtribuit: nihil penitus ſibi reſeruans. Pe
trus aūt p poſſe: diuinum conſilium adimpleuit. Di-
ſtractis aūt omnibus habitū quē pauloante aſſumpſe
rat Sanct⁹ Frāciſc⁹ poſtquā reliquerat habitū here-
miticum: ambo pariter aſſumpſerunt. Et ab illa hora
ſimul cum ipſo uixerūt ſcdm formā ſancti euangelii:
a dño eis oſtenſam. Sic ergo dñs Bernardus ad deum
modo pfato cōuerſus: filius primogenit⁹ eē pmeruit
b. Franciſci tam primitate ordinis: q gre pfectionis ut
dicet. Sic pꝫ primū qd erat uidēdū. Circa ſcdm ē ſciē
duꝫ q h ſcūs fr Bernard⁹ fuit paupta̅ti affect⁹: & ei⁹
ſpālis amator. Nam oia relinquēdo uolūtarie paup fa
ctus nihil unquā in hoc mūdo habere uoluit. ſcdo pa
tiētia multipliciter cōprobatus. Et primo florētie. Naꝫ
cum ſeptem eēnt fres bti Franciſci duos florentiā mi-
ſit. ſ. frēm Bernarduꝫ & unum aliū: quo pueniētes:
hoſpitium nō potuerūt inuenire: & uenietes ad quan
dam domū habentē porticuꝫ: & ſi dñam rogaſſent ut
intra domū reciperet eos: & illa nollet: in porticu illa
tota nocte ſteterūt: nihil tegumēti hētes cū eſſet in-
tenſiſſimū frigus. Vir. n. dicte mulieris: quia credebat
eos ribaldos eſſe & fures: nihil uoluit eis accomoda-
re. & ſūmo mane recedētes a dicta porticu: ad eccle-
ſiam perrexerūt: quos mulier pdicta uidens orantes:
intra ſe dixit: iſti nō ſunt ribaldi ut dixit uir me⁹: & cū

quidam ciuis nomie Guido uelut paupibus uellet eis
dare:ſicut aliis pauperibus pecuniã:recipe noluerunt:
& cũ didiciſſet eos uolũtarie pauperes effectos datis
oibus amore dei:primo a dicta muliere ad domũ inui
tati ſuam:deinde a ꝑdicto ciue ad domũ ſuam addu-
cti:ibidem aliqbꝰ diebꝰ ſteterũt. Ipm edificantes uer
bo & exẽplo. Vnde hic dedit multa paupeibꝰ. Licet
aũt a dicto Guidone bene tractarent̃:ab aliis tñ uiliſ
ſimi reputati:iniurias multas taꝫ a paruis ꝗ̃ a magnis
recipiebant. Acceptis.n.ueſtimẽtis uilibus que hẽbãt
ab eis:cũqꝫ remanerent nudi nõ repetebant: ſed ſi da
bantur eis recipiebant. Quidã lutuꝫ ſup eos iactabãt:
alii uero ponẽtes taxillos in manibus eoꝝ:inuitabant
ipos ſi ludere uellẽt:alii uero capucia eoꝝ a tergo tra
hẽtes poſt dorſuꝫ ſuũ ſic ſuſpenſos portabãt. Et ſic nõ
ſolũ famis & ſitis & frigoris & nuditatis tribulatiões
patiẽter portabant:ſed multis aliis modis. Ipſi nõ tri-
ſtabant̃ nec turbabant̃ nec inferentibus maledicebãt.
Sed omne gaudiũ exiſtimãtes tribulatiões & tẽtatio-
nes in hoc mũdo ſuſtinere:pro inferentibꝰ exorabãt.
Quod uidẽtes hoies & cognoſcentes eos uiros ſctõs
& diſcipulos dñi:multi corde cõpũcti ad eos accede
bant:pro illatis ueniam poſtulãtes. Quibꝰ remittẽtes
ex corde:nõ nullos in ſocietatẽ ſuã recipiẽtes: ad btm̃
Franciſcũ ad ſctãm Mariã de angelis ſunt reuerſi:rece
pti a btõ Frãciſco & ſociis cũ ſũmo gaudio & leticia.
Eodem modo fuit.b.Bernardus Bononie cõprobatꝰ.
Nam approbata regula a dño papa Innocẽtio tertio:
Frater Bernardus ſolus miſſus eſt a.b.Frãciſco bono
niam:ad quã cum perueniſſet uidentes eũ pueri in iſo
lito habitu & ualde deſpecto:multas illi iniurias irro
gare ceperunt:quas cum magna leticia ſuſtinebat: &
ut melius illuderet̃ ab omnibꝰ ſe in platea poſuit ciui
tatis pluribus diebus:ubi multi pueri & hoies cõgre
gati:alii trahebant capucium eius retro:alii ante:Qui
dam uero puluerẽ:Alii uero lapides iactabãt in eum.
Quidam inſup hincinde eum grauiter ipingebant. Ad
cũcta uero Fr̃ Bernardus patiẽtiſſimꝰ ꝑmanebat:nul
li renitens:& de nullo murmurãs ſemp imptubatã fa
ciem oſtẽdẽdo. Quod attẽdẽs quidam iudex ſapiens
& tantã cõſtantiã examinãs:dixit in corde ſuo. Impoſ
ſibile eſt ꝙ iſte nõ ſit ſanctus hõ. Et ad ipꝫ acceſſit di
cẽs: quis es tu? & ad quid uenisti? Fr̃ Bernardus miſit
manum ſuam in ſinũ & ꝓtulit regulam euangelicã.b.
Franciſci quã in corde portabat: et ope adimplebat:
quã cum legiſſet iudex & admirans: uertẽs ſe ad ſo-
cios dixit.hic eſt altior ſtatus: ꝗ̃ unquã audiuerim: &
propterea iſte homo cum ſociis ſuis eſt de ſanctiori-
bus hoibus de mũdo. Vnde magnũ peccatũ faciunt q
ſibi iniurias inferũt:quia nõ iniuriis: ſed maximis ho
noribus eſt dignus. Et ducens eum ad domũ ſuam cuꝫ
magno gaudio eum recepit:locum ei ꝓ fratribus de-
dit ad habitandũ: & expenſas omnes perſoluit: & ad
uocatus eſt factus fratrũ ꝗ̃diu uixit. Et cuꝫ Bononie
Frater Bernardus eẽt ꝓpter ſanctam cõuerſationem
ſuaꝫ cepit multũ honorari: adeo ut ſanctũ ſe putaret
& btm̃ qui poſſet euꝫ tãgere & audire uel uidere. Ipe
uero humilis xp̃i diſcipulus timens ne tantus honor

eius quietẽm & ſalutem impediret:ad btm̃ Franciſcũ
rediit:que geſta ſunt narrauit: & ꝙ alios frẽs bononiã
mitteret & nõ ſe: inſtãter rogauit. Quod & factũ eſt.
Quibus apparet eius patiẽtia hũilitas & ſui cũ mun-
do cõtẽptus. ❡Fuit tertio obediẽtie ſingularis: naꝫ ſe
mel cum ad ſanctuꝫ Iacobũ btũs Franciſcus iret cum
fratre Bernardo & aliqbus de ſuis ſociis. Et duꝫ in q̃-
dam terra unum repiſſent ifirmũ dixit ſanctus Fran-
ciſcus fratri Bernardo. fili mi uolo ꝙ remaneas ad ſer
uiendum iſti infirmo. Qui ſtatim flexis genibus & ca
pite inclinato ſuſcepit reuerẽtiſſime mandatũ obediẽ
tie ſancti patris. Et cum rediſſet ſctũs Frãciſcus a ſcõ
Iacobo inuenit ibidẽ btm̃ Frẽm Bernardũ & infirmũ
ꝑfecte ſanatũ. Vnde ſequẽti ãno eidẽ conceſſit: ꝙ ad
ſctm̃ Iacobuꝫ iret ipe Fr̃ Bernardus: qđ & fecit: Cui
reuertẽti: dum eſſet iuxta quẽdã fluuium: quẽ ꝓfun-
ditate tranſire nequibat: Angelus domini apparuit ei:
quẽ ſalutans idiomate ꝓprio dixit: deus det tibi pacẽ
o bone frater. Et Fr̃ Bernardus admirãs de eius pul-
chritudine & lingua ſibi nota: de ſalutatiõe pacifica:
& de facie leta: interrogauit eum undẽ ueniret. Et an
gelus uenio de tali loco ubi morat̃ ſctũs Frãciſcus. Et
dixit Angelus fratri Bernardo. Quare chariſſime diſ
fers flumen tranſire? & Fr̃ Bernardus rñdit: qa timeo
periculum ꝓpter ꝓfunditateꝫ aque quã uideo. Et ait
Angelus tranſeamus ſimul ne dubites. Et apprehenſa
manu eius in ictu oculi frẽm Bernardũ in alterã par-
tem fluminis incolumẽ poſuit: qđ uidẽs Fr̃ Bernardꝰ
& cogitans ꝙ angelus dñi eſſet: interrogauit de eius
noie. Cui ait angelus. Quid queris nomẽ meum qđ ẽ
mirabile? Et his dicto diſparuit. Et frẽm Bernardũ reli
quit ualde conſolatũ: ſic ꝙ totã illam uiam: in gaudio
ambulauit. Hic frater Bernardꝰ fuit homo magne cõ
templatiõis. Ad tantã enim intelligẽtie limpitudinẽ ue
nerat: ꝙ ẽt magni clerici ad eũ recurrebãt. Enodabat
tenebras queſtionũ i quocũqꝫ paſſu biblie querebãt:
Quia.n.mẽs eius erat a terrenis penitus abſoluta: q̃ſi
irũdo uolabat ad ſũma. Et aliquãdo p.xxx. dies ſolus
per montium cacumina ꝑuolabat: ſolũmõ celeſtia cõ-
templãdo. Vnde quaſi cõtinue in deũ rapiebat̃. Quã-
do.n.ibat p uiam cũ ſocio dicebat ſocio. Expecta me
aliquãtulum frater: & exiẽs aliquãtulũ a uia: adheren
do alicui arbori rapiebat̃. Signũ mentalis eleuationis
ipſius fratris Bernardi erat: ꝙ per.xv.ãnos ſemp tam
mente ꝗ̃ facie ibat in celum erectus. Hic aliquãdo Fr̃
Bernardus nugatorie dixit fratri Egidio ipm eẽ me-
dium hoienn: quia ſtaret ſemp in cella recluſus. Vnde
dicebat iſte ſtat in cella ſicut domicella i camera. Exi
ad hoies dicebat fratri Egidio ſta cum eis. Vade pro
pane. Vade ꝓ elemoſina: & ſctũs Fr̃ Egidius ſibi rñ-
debat & dicebat Fr̃ Bernarde non omni hoi eſt datus
cibus irundinis ad comedẽdũ ſicut tibi fratri Bernar-
do. Hoc aũt dicebat quia ſicut irundo paſcit̃ uolando
ſic iſte Fr̃ Bernardus uadens paſcebat̃ conſolatiõe di
uina.i.extaſi. Et ꝓpter tam excellentẽ gr̃aꝫ a dño fra
tri Bernardo datam: btũs Franciſcus libẽter & frequẽ
ter loquebat̃ de deo cum eo. Vnde aliquãdo inuẽtum
eſt ambos per totã noctẽ raptos fuiſſe in ſilua: ubi cõ

uenerant ad loquẽdum de dño Ieſu xp̃o. Semel eue-
nit q̃ btũs Franciſcus receſſit de loco in quo erat: &
iuit ad locum ubi erat Fr̃ Bernardus ut adinuicem lo
querenƚ de diuinis. Et cum btũs Franciſcus acceſſiſſet
ad ſiluaꝫ uocauit Frẽm Bernardũ dicẽs ueni & loque
re iſti ceco. Et quia Fr̃ Bernardus erat cõtẽplatõe to-
tus abſtractus: & deo iunctus uocatus a btõ Frãciſco
ſemel bis & ter nõ intelligẽs: btũs Bernardus nihil ei
rñdit. Propter qđ btũs Franciſcus recedebat deſola-
tus: aliquãtuluꝫ admirãs q̃ Fr̃ Bernardus ter uocatus
ad eum ire noluerit. Sc̃tõ aũt Frãciſco recedẽte & ſic
cogitãte dixit ſocio expecta me aliquãtulũ: & cum da
ret ſe ad orandũ: Ecce uox diuina facta eſt ad eũ di-
cẽs. Vnde tu paup̃ homũcio cõturbaris? Nũquid hõ
dꝫ dimittere deum ꝓpter aliquã creaturaꝫ? Frater aũt
Bernardus qñ tu uocaſti eũ ſtabat cõiunctus mecum.
Et ideo nõ poterat ad te uenire nec tibi rñdere. Et iõ
nõ mireris ſi non potuit tibi loqui: quia ita erat extra
ſe q̃ de tuis uerbis penitus nihil aduertit. Hoc autem
intelligẽs. b. Franciſcus ſtatim cõcito gradu ad fratrẽ
Bernarduꝫ reuertiƚ: ut ſe de cogitatiõe habita humili
ter accuſaret: Fr̃ aũt Bernardus ſtatim occurrit. b. Frã
ciſco: & ad pedes. b. Franciſci ſe proiecit: & recitata re
prehenſione diuina: p̃cepit. b. Franciſc⁹ fratri bernar-
do q̃ quicquid ſibi preciperet per obedientiã ageret.
Frater aũt Bernardus timẽs ne aliqđ exceſſiuũ impo
neret ut ſolebat: dixit. b. Frãciſco: pater parat⁹ ſũ obe
dientiã ueſtram facere: dũmõ in his que dixero mihi
obedientiã ꝓmittatis. Rñdit b. Franciſc⁹ aſſentio: Et
tunc Frater Bernardus dixit. Dicatis pater quicquid
uultis. Et ſanctus Franciſcus ait per ſanctam obediẽ
tiam precipio tibi: ut ad puniendam preſumptionem
meam & audaciam cordis mei: me iacentem in terra
calces: pede tuo guttur meum calcando: & alio pede
ſuper os meum poſito: ita q̃ pedibus tuis ſic in gut-
ture & ore poſitis: tranſeas me ter ex una parte ad
aliam: & ſic tranſeundo dicas mihi improperia. iace
ruſtice fili petri bernardonis. Et alias plures iniurias
ingeminabis. dicens. Vnde tibi tanta ſuperbia qui es
uiliſſima creatura. Quod audiens frater Bernardus:
durum fuit ſibi hoc facere: tamen propter obedien-
tiam id quãtum ualuit curialiter adimpleuit: quo fa-
cto dixit btũs Franciſc⁹ ad frẽm Bernardũ p̃cipe q̃c-
quid uis ut faciam: quia ꝓmiſi tibi obedientiã. Fr̃ Ber
nardus ait: per ſanctã obediẽtiã precipio tibi: q̃ quã-
docũq3 ſumus ſimul me de defectibus meis corrigas:
& acrius me reprehẽdas: Quo audito btũs Frãciſcus
obſtupuit ualde: quia Fr̃ Bernard⁹ erat tãte ſc̃titatis:
q̃ btũs Franciſcus habebat eum in magna reuerẽtia.
Vñ. b. Franciſcus. ex tũc cito ſe a fratre Bernardo ex-
pediebat: ne ꝓpter moram tantã aiam reprehenſione
ſcandalizaret: quãdo cum ip̃o btũs Franciſcus de deo
loquebaƚ. ¶ Hic fr̃ Bernard⁹ uice quadam dum eſſet
in choro: & ut dixi de uite actiue laboribus ad con-
templatiue dulcedinem tranſlatus eſſet: Et dum miſ-
ſa cantaretur: fuit adeo in deum abſortus: q̃ cum ele
uaretur corpus domini nihil aduertit nec genuflexit:
ſed ſtans irreuerberatis oculis: inſenſibilis a mane uſ-
q3 ad nonam permanſit: Poſt nonam ad ſe reuerſus:
ueniebat cum uoce admiratiua & dicebat fratribus:
o fratres: o fratres. Nullus eſt in cõtrata iſta tam ma-
gnus & nobilis: cui nõ eſſet leue ſi ei promitteret unũ
palacium plenum auro: portare unum ſaccum plenuꝫ
de fimo uiliſſimo: ad theſaurum tam nobilẽ ꝓmeren-
dum. Ad hunc theſauꝝ tam nobilẽ: hic fr̃ Bernardus
fuit a deo admiſſus. Cuius ſignuꝫ erat eleuatio faciei:
ut dictum eſt per annos. xv. Et ꝓpter nimiam eleua-
tionem mentis ad diuina: & abſortionem intellectus
in deum: in illis. xv. annis nunquã famem ſibi abſtulit
corporalem. De omnibus tñ que ſibi apponebantur:
aliquãtulum comedebat: & dicebat q̃ de illis que ho
mo nihil guſtat: nõ dicitur abſtinere: quia uera abſti-
nentia: eſt pugnare contra illa que ſapiunt. Et q̃a de⁹
uult ſeruos ſuos ꝓbare: Semel per octo dies ſtetit nõ
ſentiens cõſolationes diuinas. Et cuꝫ pro eaꝝ recupe
ratione totus manens anguſtiat⁹ & ſolitarius: deũ fer
uenter exoraret: Ecce ſubito apparuit ſibi q̃dã man⁹
in aere tenẽs inſtrumẽtũ qđ diciƚ uiola: Que unũ tra
ctum uerſus terrã faciẽs: tanta ip̃m ſpũs cõſolatiõe re
pleuit ſua melodia: q̃ ſi aliũ tractuꝫ feciſſet: uerſus ce
lum credebat ſpũm exalaſſe. Nõ ſolũ deus ip̃ꝫ ſic ꝓ-
bauit: ſed ad impugnãdũ eũ multis & acutiſſimis de-
monibus eſt traditus: ut. b. Frãciſco dũ deuote oraret
eſt a dño reuelatum. Quod cum plures dies. b. Fran-
ciſcus de filio ſuo cum lachrimis cogitaret: & dño Ie
ſu xp̃o eum recomẽdaret: ut de tot inſidiis uictoriam
ei dignareƚ largiri: Facta eſt ad eum diuina reſpõſio:
dicens ne timeas: quia oẽs tentationes quibus frater
Bernardus impetiƚ: date ſunt illi ad exercitiũ & coro-
nam: & in fine de omnib⁹ ip̃m impugnãtib⁹ palmã &
uictoriam cuꝫ gaudio reportabit: & ipſe Fr̃ Bernard⁹
eſt unus de cõmenſalib⁹ regni dei. De qua rñſione. b.
Franciſcus eſt ualde gauiſus: & gr̃as referens imẽſas
Ieſu xp̃o: eum ampliori affectu ſemp̃ poſtea dilexit.
Que oĩa btũs Franciſcus fratribus recitauit: addens:
q̃ deus frẽm Bernardum ab omni tẽtatione liberaret
ante ſuam mortẽ: & poneret eius ſpũm in tanta pace
& quiete: q̃ omnes frẽs qui audierint & uiderint: mi
rabunƚ. Et in illa pace & quiete utriuſq3 hoĩs: tranſi-
bit de hac uita ad xp̃ꝫ. Et mirati fuerũt frẽs de ꝓphe
tia bti Franciſci: quia ſic euenit. ¶ Fuit Fr̃ Bernardus
tanti zeli: ut quẽlibet in q̃tocũq3 magno culmine po
ſitum: audacter reprehẽderet: ſi ip̃m uideret in aliquo
ſue regule tranſgreſſorem. Naꝫ cernẽs aliquãdo frẽm Fr̃ Helias
Heliam tunc ordinis generalẽ miniſtrũ: palafrenũ ma
gnum equitantẽ: poſt eum fortiter ſufflabat: dicẽs: Ni
mis eſt altus & groſſus equus: nõ ſic docet regula. Et
aliquãdo percutiẽdo groppã equi: in p̃ſentia ſua talia
uerba replicabat. Duꝫ ſtaret aliqñ ipſe Fr̃ Helias ge
neralis ſolus in camera. Et aliqñ cum aliquib⁹ ſocus
comedẽs de bonis dñi: Hoc uidẽs Fr̃ Bernardus: mul
tum dolebat: & ſurgens de menſa refectorii cum cul-
tello parapſide & coquina in manibus: ibat & pulſa-
bat ad hoſtium camere dicẽs. Quis eſt hic? aperite mi-
hi. Et aperto hoſtio: ponebat ſe iuxta generalẽ mini-
ſtrum. dicens. Et ego uolo de iſtis bonis comedere te-

cum. Et tunc Frater Helias confundebať & turbabať
in ſemetipſo: nihil tñ audebat ei dicere: ꝓpter ſuã ſan
ctitatẽ. ¶ Hunc frẽm Bernardũ. b. Franciſcus magnis
extollebat laudibus: & dicebat ipm ordinẽ iſtum fun
daſſe: oia uẽdendo & dando pauperibus: ac ſe nuduꝫ
offerendo brachiis crucifixi: omnia. n. dedit ẽt & ueſti
menta: & habitum quo indutus eſt mẽdicatione obti
nuit. ¶ Btũs Franciſcus quãtũ dilexerit frẽm Bernar-
dum: in fine de hoc mundo receſſurus oñdit. Nã aſtã-
tibus coram. b. Frãciſco pauperũ patriarcha filiis: & ꝑ
ſubtractiõe tam amabilis patris lachrimãtibus: dixit
ipſe. b. Franciſcus: ubi eſt primogenitus meus Fř Ber
nardus? Veni fili ut bñdicat tibi aia mea antequã mo-
riar: Tũc Fř Bernardus dixit fratri Helie qui erat ui-
carius ordinis ſecreto: pater uade ad dexteraꝫ ſancti:
ut te bñdicat. Cum aũt Fř Helias ſe poſuiſſet a d dex
teram. b. Franciſci: & factus btũs Franciſc⁹ cecutiens
pre lachrimis manũ ſupra caput eius poſuiſſet: dixit
iſtud non eſt caput primogeniti mei fratris Bernardi.
Tunc Fř Bernardus acceſſit ad ſiniſtrã eius. Btũs aũt
Franciſcus cancellatis brachiis mutãdo: ſiniſtram po
ſuit ſup caput fřis Helie: dextraꝫ uero ſup caput fřis
Bñdictio b. Frãciſci facta Fři Bernardo
bernardi: dicẽs ipſi fratri Bernardo. bñdicat te př do-
mini noſtri Ieſu xpi in omni bñdictione ſpũali in cele
ſtibus in xpo: ſicut prio elect⁹ es in ordine iſto ad dã
dum bonũ exemplum euangelicũ: & ad imitandũ euã
gelicam pauptatẽ ſaluatoris: uel ad imitandũ xpm in
euangelica pauptate: quia nõ ſolum tua liberalr obtu
liſti & ꝑ xpi amore integre diſperſiſti: ueꝝ ẽt temet-
ipm in odorem ſuauitatis obtuliſti: uel in odoreꝫ ſua-
uiſſimi ſacrificii contuliſti: benedictus ſis ergo a dño
noſtro Ieſu xpo: & a me ſuo pauperculo ſeruo: bene-
dictionibus ſempiternis: igrediẽs & egrediẽs: uigilãs
& dormiens: uiuens & moriens: Qui benedixerit tibi
bñdictionibus repleať: & qui maledixerit tibi nõ erit
immunis: Eſto dñs fratruꝫ tuoꝝ: & tuo imperio cũcti
frẽs ſubiaceãt. Et quoſcũqꝫ uolueris recipe ad ordinẽ
iſtum: recepti ſint: & quoſcũqꝫ emittere uolueris: emit
tanť. Et nullus ſup te poteſtatẽ hẽat: Et libere quocũ
qꝫ uolueris poſſis pergere uel morari. Hec ẽ benedi-
ctio data fratri Bernardo per. b. Franciſcuꝫ. ¶ Fuit ẽt
Fř Bernardus totus charitatiuus. Nã ad menſam ſe-
dens ſepe ꝑſentabat uni fratri: & cum a quodam alio
fratre rephẽdereť: dicente nimis ꝑſentatis tali fratri:
Ipſe. n. nõ põt tñ comedere: rñdit Fř Bernard⁹ ego fa
cio chariſſime ex parte mea qď meũ eſt: & qď ẽ cha
ritatis: ipſe uero nõ comedat niſi ſicut decet. Deo pla
cente frẽm Bernardũ ad ſe uocare: quia frẽs eũ affe-
ctu paterno uenerabanť: ex diuerſis partib⁹ cũ appro
pinquaret ad mortẽ cõcurrerũt ad eũ: inter quos affuit
ille ſeraphicus & diuinus ſctũs Fř Egidius. Qui cum
uidiſſet ſctm frẽm Bernarduꝫ dixit ſurſum corda cum
gaudio maximo: Fř ẽt Bernardus dixit ſurſum corda:
habemus ad dñm: & dixit uni fratri ſecreto: ut locum
aptum pararet cõtẽplationi: ut ſctũs Fř Egidi⁹ poſſet
celeſtia cõtẽplari. In ipſa ſua infirmitate uocatis fratri
bus Fř Bernardus dixit eis: ꝙ de corpore curam nole
bat eos hẽre. Et ideo quicquid facerẽt erat cõtentus:

ſed de aia. Et ex quo cepit infirmari: ſemp iuxta ſe uo
luit hẽre frẽm ſacerdotẽ uſqꝫ ad horaꝫ mortis: & qñ
aliquid occurrebat in mẽte qď eius cõſcientiã onera
ret: ſtatim confitebať. Cum aũt Fř btũs Bernardus ad Verba F
illam horã extremã migrandi perueniſſet: fecit ſe eri- Bernardi
gi: & aſtantibus fratrib⁹ dixit. Frẽs chariſſimi nolo uo in morte
bis multa uerba dicere: ſed cõſiderare debetis ꝙ ſtatũ
quẽ ego habui uos habetis: & queꝫ ego nunc habeo
uos habituri eſtis. Inuenio aũt in aĩa mea ꝙ ꝑ mille
mundis equalib⁹ iſti nollẽ nõ ſeruiſſe dño Ieſu xpo.
Et de omni offẽſa: quam ego feci: accuſo me ſaluatori
meo dño Ieſu xpo & uobis: & rogo uos frẽs chariſſi
mi ut diligatis uos inuicẽ. Et poſt hec uerba & alia ſa
lubria hortamenta cum frẽs eum in lecto reclinaſſent
facta eſt facies eius ſplẽdida nimis & leta nõ ſine ad-
miratione oium qui aſtabant: Et in ipſa leticia aia illa
felix cum uictoria ſibi ꝓmiſſa a xpo: ad gaudia tran-
ſiit btõrum. Poſt mortẽ uero factus eſt albus: & caro
ſua mollis: & quaſi ridere uidebať: uñ pulchrior erat
mortuus: q̃ uiuus: & plus delectabanť omnes eũ uide
re mortuum q̃ uiuentem. Videbať. n. rõne ſctũs ridẽs.
Sepult⁹ ẽ aſſiſii in eccľia. b. Frãciſci ꝓpe eius altare: ut
pꝫ cernẽtibus eius ſepulchrũ. Quã aũt gloriã. b. Fra-
ter Bernardus hẽat in celo oſtẽſuꝫ fuit fratri Leoni ſo
cio eius & b. Franciſci ifirmãti in ipo loco ſancte Ma
rie de portiũcula: qui exiſtens in ipſo loco ſancte Ma
rie infirmus cum fratre Ruffino: talem de fratre Ber- Viſio Fři
nardo habuit uiſionem. Vidit. n. multidinem fratrum Ruffini.
ꝓceſſionaliter incedentiũ: inter quos uidit unũ a cui⁹
oculis radii ꝓcedebãt lucidiores ſolaribus: ſic ꝙ in ei⁹
faciem intẽdere nõ poterat. Et querens ab uno illorũ
fratrum quo irẽt: reſpõdit ad aiam cuiuſdam fratris in
portiũcula infirmantis breuiter morituri: Et rurſuꝫ q̃ſi
uit quis eſſet ille frater a cuius oculis tãta claritas ꝓ-
cedebat. Reſpondit. Et nõ cognoſcis eum? Ille eſt fra
ter Bernardus de quinta ualle. Et quare ait eius oculi
tanta claritate nitcſcũt? Et ille quia ſemp de his que
uidebat in aliis: in melius iudicabat. Vnde quãdo ui-
debat trutanos & male indutos: dicebat iſti meli⁹ pau
pertatem ſeruant q̃ tu frater Bernarde: iudicabat eniꝫ
de illis ac ſi paupertatẽ uoluntarie ſeruarent. Cum di
uites uidebat precioſis indutos ueſtibus & deauratis:
cũ cordis cõpũctiõe dicebat. Forſitan iſti portant ci-
licia: & ſub iſta apparentia exteriori ſuſtinent carnis
in occulto macerationẽ & ſic uitãt uanam gloriã me-
lius q̃ tu frater Bernarde cuꝫ tuis uilibus indumẽtis.
Et per iſtum modũ ſemp bonuꝫ de aliis. De ſe aũt hu
militer ſentiens iudicabat. Habebat ẽt mundiſſimos
oculos: & quicquid boni cernebat in creaturis: totum
regerebat in laudem creatoris. Et ſic uiſio illa diſpa-
ruit. Vnus ex ſociis. b. Franciſci: qui fuit unus de trib⁹
latronibus conuerſis per. b. Franciſcum ut infra diceť
ſuo loco: raptus in paradiſum uidit btm̃ Franciſcũ cla
midatum clamide tota ſtellis pulcherrimis decorata:
& quinqꝫ ſtigmata eius erant ſicut quinqꝫ pulcherri-
me ſtelle: que tanta luce fulgebant: ꝙ uidebanť: totaꝫ
illam ciuitatem illuſtrare. Frater uero Bernardus ha-
bebat coronam in capite pulcherrimã: Fř Egidius ẽt

totus erat mirando lumine decoratus. Et plures alios
fratres uidit glorioſos. Sic ergo apparet de. b. frẽ Ber
nardo ei⁹ iniciũ mediũ & finis ad laudẽ Ieſu xp̃i amẽ.

¶De beato fratre Silueſtro ſocio beati Franciſci.

Ertius ſc̃tũs Fr̃ qui iacet aſſiſii in eccleſia ſan
t cti Franciſci eſt ſc̃tũs Fr̃ Silueſter: qui primo
fuit ſacerdos in ſeculo. Et hoc modo uenit ad
ordinem. Nã cum Fr̃ Bernardus ſupradictus ſua cun
cta diſtracta daret pauperibus. b. Franciſco ipſum ad
p̃dicta fideliter adiuuante: hic p̃ſ biter uel domn⁹ Sil
ueſter dum diſpergere uideret hec omnia: auaricia du
ctus dixit. b. Franciſco. Tu de quibuſdam lapidibus
quos a me emiſti ꝓ eccleſiis reparãdis: nõ mihi plene
ſoluiſti. B. Franciſcus admirãs eius auariciam & nol-
lens cum ipſo contẽdere: ut uerus euangelii obſerua-
tor: miſit manum in ſinũ fratris dñi Bernardi: & ple-
nam pecunia poſuit in ſinu domni Silueſtri. Et ait ꝙ ſi
plus uellet adhuc plus daret. Ille aũt contentus receſ
ſit. Et cum in ſua eſſet domo: & cogitare cepiſſet que
fecit: redarguẽs auariciã ſuam ac feruoreꝫ fratris Ber
nardi & ſanctitatẽ. b. Franciſci cõmẽdãs: in prima ſe-
cunda & tertia nocte eandẽ inſpexit uiſionẽ. Videbat
nãqꝫ in ſõnis totam aſſiſii ciuitatẽ a dracone imenſſo
circũdari: p̃ cui⁹ magnitudie nimia tota regio uidebaṫ
exterminio ſubiacere. Cõtuebaṫ poſt hec crucẽ aureã
ex ore ꝓcedentem. b. Frãciſci: cuius ſũmitas celos tã-
gebat: Cuiuſqꝫ brachia ꝓtenſa in latum uſqꝫ ad mun
di fines uidebanṫ extendi: ad cuius ẽt aſpectũ preſul
gidũ draco teter ille & horridus penit⁹ fugabaṫ. Hec
dum tertio ſibi mõſtrarenṫ: uiro dei p ordinẽ & fratri-
bus enarrauit: ac omnibus diſtractis: & datis dei amo
re paupibus. b. Franciſci Fr̃ effectus: uita eius in ordi
ne ſic fuit ſancta: ꝙ autẽticam reddidit eã quã in ſecu
lo habuerat uiſionem. Hic. b. Fr̃ Silueſter tam magne
pfectiõis ſc̃titatis gr̃e ẽ effectus: ꝙ loquebaṫ cũ deo
ſicut amicus cum amico. Sicut pluries. b. Frãciſcus eſt
expꝰtus. Ad hunc frẽm Silueſtrũ. b. Franciſcus ſtantem
in loco de carcere in monte ſubaſio: cum uellet ipe. b.
Franciſcus certificari: an ad p̃dicandũ ire deberet uel
oꝛõni uacare: miſit frẽm Maſſeũ: ut quia ipſe erat tan
te ſanctitatis & deuotionis: ꝙ ſtatiꝫ exaudiebaṫ a do
mino Ieſu xp̃o & ſpũs ſc̃tũs eum dignum fecerat: di-
uino colloquio. Propter qđ. b. Franciſcus magnã de-
uotionẽ ad eum hẽbat. Cui cum uerba dixiſſet beati
Franciſci: ſtatim ipſe. b. Fr̃ Silueſter ad oꝛõnẽ prexit:
& cum oraret ſtatim habuit diuinum rñſum. Vñ exi-
uit ad frẽm Maſſeũ. dicẽs. Hec dicit dñs ut dicas Fr̃i
Franciſco: ꝙ ipm nõ pp ſeipm ſolũ uocauit: ſed ut fru
ctum faciat animaꝝ: & multi p eũ lucrenṫ. Quo edo-
ctus. b. Franciſcus eloquio: ad p̃dicãdũ acceſſit. Hic ẽ
ille Fr̃ Silueſter: cum quo. b. Franciſcus Aretiũ deue-
niens: inuenit ciuitatẽ ipſam inteſtino bello quaſſatã:
& ꝓpinquũ ſui minantẽ excidiũ. Cũ. n. in eius ſubur-
bio eſſent hoſpitati: uidit btũs Frãciſc⁹ exultãtes de-
mones: ac pturbatos ciues ad cedem mutuã ſuccedẽ
tes. Vt aũt ſeditioſas illas effugaret aereas poteſtates:
Vocauit btũs Franciſcus ſocium ſuum frẽm Silueſtꝝ
colũbine ſimplicitatis uiꝝ dicẽs. Vade añ portam ci-
uitatis: & ex parte dei omnipotẽtis demonib⁹ in uir-
tute obediẽtie p̃cipe: ut exeant de ciuitate feſtinãter.
Quod Fr̃ Silueſter ut filius obedientie cum pfeciſſet:
ſtatim demonibus recedentibus: ad pacem ciuitas eſt
reducta. Hic poſt multa mira prexit ad xp̃m dominũ.
Et ſepultus eſt aſſiſii in eccleſia beati patris nr̃i Fran
ciſci.

¶De fratre electo.

Vartus Fr̃ aſſiſii ſepult⁹ in eccleſia beati Frã
q ciſci eſt Fr̃ electus. De quo nihil reperi niſi ꝙ
hic ſpũ claruit ꝓphetico. Naꝫ dño Petro car
dinali Albanẽſi: cum eum uiſitaſſet eidẽ dixit. Tu ho
die morieris. Et ſic euenit.

¶De frẽ Leone.

Vintus fr̃ iacens aſſiſii in eccleſia bti Frãciſci
q eſt Fr̃ Leo cõfeſſor. b. Franciſci. Qui ut de eo
dr̃ inter alias uirtutes: Fuit homo puriſſimus
& ſimpliciſſimus: de quibus btũs Franciſcus eũ preci
pue cõmendabat. Vnde ꝓpter eius colũbinã ſimplici
tatem. b. Franciſcus euꝫ ſpecialr̃ diligebat: & Frẽm pe
corellam uocabat: & ad ſua ſecreta tam ex cõfeſſiõe:
q̃ ex aliis admittebat. Quando. n. btũs Franciſcus ad
montem aluerne prexit: Frẽm Leonem ſecum cum frẽ
Maſſeo & frẽ angelo milite duxit: & ſibi in ipſo mon
te q̃diu ſtetit fidelr̃ deſeruiuit. Hunc frẽm Leonẽ btũs
Franciſcus ut dictuꝫ eſt ſupra fructu & conformitate
ſexta informauit: dum irent de peruſio in quo eſſet
perfecta leticia: quia uidelꝫ in actibus patiẽtie. ¶Cũ
iſto fratre Leone in quodam locello dum ſtaret btũs
Franciſcus & breuiarium ad dicendũ matutinũ nõ ha
berent: & dixiſſet ei ut loco officii Frater Leo diceret
quicquid doceret euꝫ & non aliud: & btũs Franciſcus
dixiſſet: Ego dicam ſic: O frater Frãciſce tu feciſti tot
peccata in ſeculo: ꝙ es dignus inferno. Et tu Fr̃ Leo
reſpondeas: dicens: uerum eſt ꝙ infernum ꝓfundiſſi-
mum meruiſti. Et Frater Leo rñdit: libenter pater: in-
cipe in nomine domini. Et beato Franciſco incipiente
dicere. O Frater Franciſce tu feciſti tot mala in ſecu-
lo: ꝙ es dignus iferno: Rñdit Frater Leo domino ei⁹
linguam dirigẽte: Deus faciet tot bona pro te: ꝙ ibis
in paradiſum. Et cum ſanctus Franciſcus diceret: non
dicas ſic Frater Leo: Sed quando ego dicam o Frater
Franciſce tu tot mala feciſti in ſeculo: ꝙ es dignus ma
ledici. Et tu dices inter maledictos es dignus cõputa
ri. Et frater Leo diceret libenter pater. Et beatus Frã
ciſcus cum multis lachrimis & ſuſpiriis ac tunſionib⁹
pectoris & ualido clamore diceret iam dicta. Frater
Leo reſpõdit. Deus faciet ꝙ inter benedictos eris ſin
gulariter benedictus. Et cum beatus Franciſcus per
obedientiã mandando ut diceret & reſponderet iuxta
impoſita ſibi per euꝫ. Et pluries hoc fieret. Frater Leo
ut eum docebat dominus: & non ut uolebat btũs Frã
ciſcus reſpondebat. Et dixit beato Franciſco ego non
poſſum aliud dicere: quia deus loquitur per os meuꝫ.
¶Cum quodam tempore Frater Leo iret cum beato
Franciſco uerſus ſanctam Mariam de portiũcula: ui-
dit crucem auream pulcherrimam btũꝫ Franciſcũ p̃ce
dentem: & in ea chriſtum crucifixum ſtantem: & uidẽ
bat ꝙ cũ ſtante ſtabat: & cum eunte ibat: Et crux erat
tanti ſplendoris: ꝙ & faciem beati Franciſci & parteꝫ

neris circūquaq; illuminabat. ¶De uirginitate beati
Franciſci frater Leo tripliciter fuit certificatus: ut di
cetur infra.ſ.per confeſſionem uiſionē & ſuperno ora
culo. ¶Hic frater Leo uidit chartam deſcendentem
de celo ſuper beatum Franciſcum ſe ponentē : in qua
erat ſcriptum: hic eſt gratia dei. ¶Tempore quo in
monte aluerne ſtabat beatus Franciſcus: frater Leo
uadens de nocte ut diceret matutinum:Cum beatum
Franciſcum nō reperiſſet in cella: uidit eum aliquādo
tam alte eleuatū:ꝙ tangere poterat eius pedes:quos
oſculando & amplexando dicebat:deus ꝓpicius eſto
mihi peccatori. Et per merita huius ſanctiſſimi uiri:
fac me tuam miſericordiā inuenire. Aliquādo uidit eū
eleuatum ad cacumina arborum.Aliquādo in tāta al-
titudine eleuatum eundem cōſpexit:ꝙ uix uiſu pote-
rat eum attingere:Et tunc proſternēs ſe in loco unde
beatus Franciſcus erat aſſumptus:ꝑfata ſuperi⁹ orā-
do ingeminabat. ¶Fratris Leonis btūs Franciſcus ui
dit tentationem:& dando ſibi ſcripturam de ſua ma-
nu eum liberauit: ut fructu & conformitate. xviii.&
xxvi.dicet. ¶Huic fratri Leoni exiſtenti in monte al-
uerne:beatus Franciſcus predixit de ſua ſtigmatiza-
tione in breui futura:indicando ei ꝙ deus in monte il
lo faceret ad paucos dies mirabilia que nunquā fecit
alicui creature:de quibus admirabitur totus mundus.
Hic frater Leo cum beato Franciſco erat in mōte al-
uerne:quādo dominus ſtigmata ipſi beato Franciſco
impreſſit. ¶Huic ſoli fratri Leoni beatus Franciſcus
ſua ſtigmata cōmittebat tangenda : & nouis peciolis
ēt mutāda: quas qualibet die ebdomade inter clauos
illos mirabiles & carnem reliquam ad retinendu; ſan
guinem & mitigandum dolorem renouabat: excepto
die iouis de ſero: & per totum diē ueneris:in quo nul-
lum remediū uolebat apponi: ut amore chriſti eo die
crucifixi cum ipſo penderet. Aliquādo manus illas tā
uenerandas ſtigmatibus inſignitas:ante cor & oculos
fratris Leonis ſanctus Franciſcus ſtudioſius appone
bat.Ex qua appoſitione tanta; deuotionē frater Leo
ſentiebat in corde:ꝙ quaſi expirabat:frequētibus ſin
gultibus in ſtupore ſalubri immutatus. ¶Semel dum
eſſet btūs Franciſcus in mōte aluerne & frater Leo:&
adinuicem loquerent̄:oſtēdit ei btūs Franciſcus quē-
dam lapidem:quē cū magno cordis gaudio & leticia
extollebat:dicens frater Leo pecorone:laua iſtum la-
pidem cum aqua.Quod cum feciſſet:dixit laua ipſu;
cum uino.Quo facto ait ſanctus: laua ipm cu; oleo.
quod & fecit.Et ſanctus Franciſcus ait laua ipm cu;
balſamo:Et frater Leo ait.Et quō poſſum hic balſa-
mum inuenire?Rndit ſctūs Frāciſcus ſcias frater pe
corella dei:ꝙ ille eſt lapis in quo ſemel ſedebat domi
nus quādo apparuit mihi. Et ideo dixi tibi ut quater
ipm lauares:quia tunc quatuor mihi ꝓ ordine repro-
miſſit: Primū ꝙ quicūq; diligeret fratres ex corde &
ordinē:benedictione ꝑuentus diuina bene finiret.Se
cundu; ꝙ notabiliter punieṫ iſtius ordinis pſecutor in
iuſtus. Tertium ꝙ malus frater & in malicia perſeue
rans:diu nō poterit durare quin dimittat ordinem uel
confundaṫ.Quartum ꝙ iſta religio uſq; in finē ſeculi

Lapis re-
promiſſio
nis.

durabit. ¶Beato franciſco infirmāti cū frater Leo ei-
dem aſſiſteret:ſemel orans deuote:& factus in extaſi:
ductus eſt in ſpū ad quoddā flumen impetuoſu; ꝓſun
dum & latū:ubi cū tranſeūtes aſpiceret: uidit aliquos
fratres oneratos ingredi illud flumē:quoꝝ aliqui ſub-
mergebanṫ in principio:aliqui i medio. Alii ultra plus
uel minus ſcdm maiorē uel minorē ponderis grauita
tem:quod frater Leo nō poterat ſine cōpaſſione uide
re.Vidit poſtmodū alios fratres exoneratos: ſine ali-
quo periculo uel leſione trāſire.Btūs uero Frāciſc⁹ co
gnoſcēs ipm aliquā uiſionē uidiſſe.Precepit ut illa; ei
diceret.Quod cū feciſſet:dixit btūs Franciſc⁹ uera ſūt
que uidiſti.Nā flumen eſt iſte mundus: in quo fratres
ſubmerguṅt:qui nō habēt uoluntariā paupertatē. Ve
ri aūt fratres minores:oīa mundana cōtēnētes:ſine pe
riculo a tēporalibus trāſeunt ad eterna. ¶Huic fratri
Leoni ſemel btūs Franciſcus dixit.Quod cum ipſe in
ſancta Maria de angelis poſt ruinam oraret ꝓ popu
lo xp̄iano:Xp̄s apparuit ſibi dicēs: ſi uis ut miſereat
populo xp̄iano:fac ut ordo tuus permaneat in ſtatu
in quo fundaui eum:Et ego amore tui ordinis ab in-
ſtantibus tribulationib⁹ mūdū ꝑſeruabo. Sed ſcias ꝙ
futurum eſt:ꝙ ipſi recedēt de uia iſta quā oſtendi eis:
& me tm̄ ad iram ꝓuocabunt:ꝙ dabo cōtra eos ma-
gnam demonibus poteſtatē.Et ipſi ponēt tantū ſcan-
dalū inter ipſos & mūdum:ꝙ nullus erit auſus porta
re habitum manifeſte.& quādo perdet mūdus fidē or
dini:nō remanebit ultra lux i mūdo: quia poſui eos in
lucem mūdi.Frēs aūt qui latebunt in ſiluis fugitiui:ꝑ
me ſicut olim in deſerto filii iſrael paſceṅt. Et iterū di
xit btūs Franciſcus ꝙ ꝓpter peccata populi:deus mit
teret magnā famē in mūdo:ſed ꝓpter merita uni⁹ pau
peris q uiuit:faceret dilationem: ſed ꝙ eo mortuo:fa
mes illa horribilis inualeſcet in tantū:ꝙ innumerabi-
les hoīes famis anguſtia morienṫ.Sed cum fames illa
poſt ſex menſes a morte bti Franciſci eueniſſet: btūs
ipſe Franciſcus apparuit fratri Leoni dicēs:ꝙ pauper
culus ille erat ipſe btūs Franciſcus:cuius meritis de⁹
mittere ipſam diſtulit.Quia tm̄ fame multi obierunt.
¶Cum poſt mortē bti Franciſci frater Leo affectaret
eum uidere:& ob hoc in loco de heremita coram deo
ſe ieiuniis & orōnibus afflixiſſet:apparuit ei btūs Frā
ciſcus tot⁹ iocūdus & ſplēdidus: hēns alas cu; pēnis
fulgentibus & cū unguibus ad modū aqle deauratis.
Cūq; frater Leo de tam mirando aſpectu miraret̄: &
eius affectu melliſluo recrearet̄:interrogauit btm̄ Frā
ciſcum qualiter in tali effigie apparebat: qui reſpōdit.
Inter alia dona que dn̄s mihi cōceſſit: eſt ut deuotos
ordinis mei aduniem:quaſi uolans in tribulationibus
eorum citius inuocatus:& eoꝝ ac bonoꝝ fratrum ani
mas ad celeſtia regna perducā. Demones uero quaſi
unguibus feriam:ac frēs reprobos & ordinis perſecu
tores dura punitione corrigam & diſcerpam. ¶Iſte fr̄
Leo in ſomniis uidit ꝙ diuinum iudiciū parabaṫ:& in
prato quodam angelis tubicinantibus cōgregabatur
innumerabilis multitudo.& ecce due ſcale quaꝝ una
erat rubea altera uero alba fuerūt poſite una ab una
parte illius prati:altera ab alia: quaꝝ proceritas a ter

…mirab…
…ſio fratris
Leonis

ra uſq; ad celos tendebaſ. Apparuit aūt xp̄s in ſūmi-tate ſcale rubee: quaſi offenſus grauiter & iratus. Et btūs Franciſcus erat aliquātulū inferius ꝓpe eū. Qui amplius deſcendēs: frēs fortiſſime uocādo clamabat: dicēs. Venite frēs. uenite. accedite ad dn̄m qui uos uo cat: confidite: ne timeatis. Frēs multi currebant ex pa tris admonitiōe: & incipiebāt aſcendere ſcalam rubeā confidēter: Cum aūt aſcenderēt: unus cadebat de ter-tio gradu: alius de quarto: alius de decimo: alius de medio: & alii de ſūmo. Btūs autem franciſcus ad tan-tam fratrum ruinā pietate motus & cōpaſſione: ꝓ fi-lus ꝑcabaſ dn̄ʒ. Xp̄s uero oſtēdebat manus & latus: in quibus plage eius renouari uidebanſ: & ſanguis re centiſſime diſtillabat. Et dixit iſta fecerunt mihi frēs tui: Et dum btūs Franciſcus ꝑſeueraret miſericordiaʒ pro filiis poſtulando: poſt breuē morulā per ſcalā ru-beam aliquātulum deſcēdebat & clamabat: dicēs. Cō fidite: ne deſperetis. Currite ad ſcalam albā & aſcēdi-te: quia ibi ſuſcipiemini: & per eā celuʒ intrabitis. Cur rentibus aūt fratrib⁹ ad ſcalaʒ albā ex admonitiōe pa terna: Ecce beata uirgo apparuit in ſūmitate ſcale re-cipiens eos: & ingrediebantur regnum ſine labore.

¶ Alia uice apparuit dn̄s Ieſus xp̄s fratri Leoni: di-cens: Ego turbor de fratribus ordinis tui. Cuʒ uero il le tremens cām interrogaret: Reſpōdit inquiēs: quia mea beneficia nō recognoſcūt que quottidie eis ipen do: & tu noſti: & nō tm̄ ſpūalia: ſed ēt necāria corpo-ri: cum nō ſeminent neq; metant. Et quia frequenter murmurant & ocio uacant: & quia ſe ad iram prouo-cant: & ad amorem cito nō redeunt: nō parcentes in-iurias ut deberent. Hic frater Leo intentionē bti Frā ciſci de libris habēdis quo ad regule obſeruantiā: be ne nouit: & ſpāliter ꝙ nullus liber ꝓprius habereſ in ſpāli: ſed in cōi. ¶ Frater iſte Leo fuit cum btō Frāciſ-co apud papā Honoriū quādo regulam cōfirmauit: & audiuit papā dicentē: Btūs ille qui dei gr̄a roboratus hanc regulā fideliter & deuote ſeruauerit: quia omnia que in ea ſcripta ſunt ſancta & catholica ſunt & pfe-cta. ¶ Btūs iſte frater Leo claruit ſpū ꝓphetico nam cuidam iuueni exiſtēti in habitu ſeculari cum dixiſſet tu ordinē noſtrū intrabis: Ille nūquā potuit quieſcere donec introiret ordinē: ut ſibi frater Leo predixerat. ¶ Mulieri ꝑgnanti que ad uiſitandū locum de portiū cula ob reuerentiā uirginis uenerat que de inſula erat aſſiſii: cum dolores partus eam arriperēt: dubitans ne poſſet redire ante emiſſionē partus ad dictū caſtrū de inſula: frater Leo dixit ne timeas: quia hoc ſero do-mum tuam cum ſole redibis (pluebat. n.) & pulchruʒ

Miracula frīs Leōis — paries puerꝫ. Et ſic euenit ut frater Leo ꝑdixit. ¶ Cla ruit ſignis cum adhuc uiueret. Quedā. n. mulier de co dale cōitatus ſpoleti habēs apoſtema ſub mām̄illa qđ multam faniem emittebat: & auxilio medicoꝝ nulla-tenus poſſet iuuari: ad frēm Leonē accedēs: cum euʒ rogaſſet ut ſupra uulnus apoſtematis ſignum faceret crucis: cuʒ feciſſet: ſtatim liberata eſt ut nullum ſignū cicatricis remaneret. ¶ Quidā puer morbo caduco la borans omni die ad frēm Leonē accedēs clam de tu-nica eius accipiens: ſuſpendit ad collum: & liberatus

fuit. ſed caſu decidente a collo predicto fruſto tunice: cum morbo priſtino laboraret: ad prefatum frēʒ Leo nem rediēs de tūica cum accepiſſet: & ad collū ſuſpē diſſet ſtatim fuit & perpetuo a dicto morbo liberat⁹. ¶ Quidaʒ de caſtro treuii in carcere a duce ſpoletano tenebaſ: qui ſe orōni fratris Leonis exiſtis in loco de portiūcula cōmendauit: apparente ſibi fratre Leone ī medio die cum gauſapa in manu: & patefaciēs carce-rem: uidētibus aliis ipm̄ de carcere extrahēdo: ad ſan ctaʒ Mariā de portiūcula adduxit: Cūq; ille quereret frēʒ Leonē & inueniret ut gr̄as referret. Rn̄dit nō mi hi ſed beate Marie de candelis: cui⁹ ē hodie feſtū gra tias referas que te liberauit. ¶ Frater Leo in die do-minico cum iret ad ſctm̄ Paulū ubi erāt molēdina de aſſiſio molentia: Et redarguēs molēdinarios: qui cul-pam ſuam dicētes: dum ad molēdinū rediiſſent: molas ſtantes inuenerūt aqua currēte & omnib⁹ ſtantib⁹ ut prius. ¶ Comitiſſa de anguillaria fratri Leoni deuo-ta dum amiſiſſet loquellā & oia pro eius morte eſſent parata: a quadam dn̄a fuit ſibi dictum: Tu habes fi-dem in ſancto fratre Leone: recomēda te ſibi: Illa cuʒ loqui nō poſſet ore: corde ſe recōmēdās fratri Leoni: ſtati fuit optime liberata. ¶ Hic mādato fratris Cre-ſcentii generalis miniſtri: & capituli generalis: cū fra-tre Ruffino & fratre Angelo legendaʒ cōpoſuit beati Franciſci: quā legendā trium ſocioꝝ in hoc opere mul totiens noiaui & noiabo. Frater Leo iſte ut dictuʒ eſt Fratrem Bernarduʒ de qnta ualle glorioſuʒ poſt mor tem eius uidit. Hic tande ſctitate plenus ad deū per-gens poſt mortem ſepultus eſt aſſiſii. Cum btō Fraci-ſco in eius eccleſia & cum aliis ſocus.

¶ De fratre Guilielmo de anglia.

Extus frater qui iacet aſſiſii in eccleſia ſancti
s Franciſci eſt frater Guilielmus de anglia. hic
ut diciſ loco fratris Ioannis de capella qui or dinē exiuit & fcūs leproſus ſe ſuſpēdit: & ſic a nūero duodenario ſociorum beati Franciſci excluſus eſt: rō-ne uite & ſanctitatis tali numero duodenario ſocioꝝ inſertus: uelut alter Mathias collegio apoſtoloꝝ: duo decimus frater & ſocius beati Franciſci cōputat. Hic qualis fuerit in uita: poſt eius mortem miracula decla rarūt. Adeo magnis & multis claruit ſignis: ut. b. Fran ciſci famā ſanctitatis obūbrare uideret. Quapropter frater Helias tunc ordinis generalis miniſter ſibi man dauit ꝙ miracula amplius nō faceret. Et ſic fecit. De-ſtitit enim a miraculis ꝓpter ꝑſentiā honorificandam & famam ſui patris beati Franciſci.

¶ De frē angelo uno de ſocius beati Franciſci.

Eptimus frater ſctūs qui Aſſiſii iacet in eccle
s ſia bti Franciſci: eſt frater Angelus de Reate.
Hic fuit primus miles qui ordinē igreſſus ē. Cum iſto deniq; fratre Angelo: Fratre Petro catha-nii & fratre Bernardo de qnta ualle: iuit btūs Franciſ cus romā ad dn̄m papam Honoriū: ut diem determi-naret ꝓ indulgentia ſancte Marie de portiūcula: quā antea ſibi peruſii cōceſſerat. Hunc btūs Frāciſcus cuʒ fratre Leone & frē Maſſeo aſſumpſit in ſociū: quādo primo ad ſacrum montē aluerne acceſſit: & ibi cū eo

ſtetit. Iſtum credo eſſe illum frēm Angelū de quo ha-
betur in legēda antiqua qui ualde timebat demones:
& de nocte hac de cauſa nō audebat ſtare ſol⁹. Quod
pandēs btō Franciſco: eidem ipſe pr̄ mandauit ꝙ aſcē
deret ſolus unum montē ualde altum: & alta uoce di
ceret: Superbi demones: omnes uenite ad me modo:
& quicquid poteritis facite mihi. Quod cū ille humi-
liter feciſſet: nec aliquis demon ad eū ueniſſet: poſtea
impauidus effectus eſt. Ad mortē deueniēs: cū prefa-
tis fratribus ſanctis eſt tumulatus: Et ut ſanctus ha-
bitus eſt & depictus.

¶ De beato fratre Maſſeo uno de ſociis. b. Frāciſci.

o Ctauus frater ſctūs iacēs aſſiſii in eccleſia. b.
Frāciſci: eſt frater Maſſe⁹ marignani: qui fuit
gratia uerbi adornatus & diſcretiōe ꝑcipu⁹:
Propter que btūs Franciſcus (quia qn̄ rapiebat ſatiſ-
faciebat ad ſe uenientibus) libēter euꝫ ſecū ducebat.
¶ Hunc btm̄ frēꝫ Maſſeū btūs Franciſcus uolēs ꝓba
re: eo uocato dixit: ꝙ quia ſocii ſui habebāt grām orā
di & cōtēplandi deum: ipſe uolebat ꝙ oia officia eoꝝ
faceret. ſ. faciendo portam coquinaꝫ & omnia officia
domus: & hoc per obedientiā. Frater Maſſeus iniun-
cta oia perfecit libēter. Sed ſup hoc ſtimulati cōſciē-
tia frēs eius ſocii: ꝙ ſolus ipſe oēm loci portaret labo
rem: a tali onēre btō Franciſco diuidēte officia: & ſin
gulis dando ſuum: Frater Maſſeus eſt liberat⁹. ¶ Hic
eſt ille frater Maſſeus qui bti Franciſci ꝓbauit humi
litatem. Nā btō Franciſco reuertēti de ſilua & ad cel
lam pergenti: in loco de portiūcula: Factus obuiā fra
ter Maſſeus: eum ſic cepit alloqui: dicēs. Vnde tibi. un
de tibi. unde tibi? Et querēti. b. Frāciſco quid? Rn̄dit
frater Maſſeus dicens ꝙ totus mūdus uadit poſt te.
Tu nō es hō pulcher nec litterat⁹: & ſic de aliis ut di
cet infra fructu & cōformitate. xviii. Rn̄dit. b. Frāciſ
cus poſt ſpaciū oculis eleuatis in celū: uis ſcire un̄ mi
hi inquit: hoc mihi eſt ab illis oculis dn̄i ſctiſſimis: q
nō uiderūt inter malos magis peccatorē uiliorē & ſim
pliciorē me. Quo audito: Frater Maſſeus de humilita
te beati Frāciſci fuit certificatus. ¶ Huius beati uiri
Btūs Franciſcus intellexit & cordis uidit archana: nā
cum iret cū btō Franciſco & antecedēdo btm̄ Frāciſ-
cum ad quoddā triuiū quo hō poterat ire Aretiuꝫ Se-
nas & Florentiā: perueniſſet: & btm̄ Franciſcū expe-
ctaſſet: ac eidem dixiſſet per quā uiam ire uellet. Rn̄
dit btūs Franciſcus per illam quā dn̄s oſtendet nobis
ibimus. Et cū frater Maſſe⁹ diceret: Quomō hoc ſcire
poterimus? Rn̄dit. b. Franciſcus: per ſignū qđ faciam
in te. Vnde mandauit eidē per ſctāꝫ obedientiā ꝙ uol
ueret ſe in girū: ſicut aliqn̄ ſolent facere pueri: & nū-
quā ceſſaret: donec ipſe ſibi diceret. Quod faciens: ex
uertigine capitis pluries cecidit. Tādē dixit ſibi btūs
Franciſcus ꝙ ſe nō moueret: & diceret uerſus quā par
tem uel patriā hēret facieꝫ. Et ille diceret uerſus Se-
nas: Btūs Franciſcus dixit: Vadamus ſenas: quia ſic ē
dei uoluntas: Quo accedens: populus ſciēs bti Frāciſ
ci aduentū: ei obuiam euntes ipm̄ & ſociū perpēſiles:
ita ꝙ terrā minime tangere poterāt uſqꝫ ad epatū por
tauerūt. In illa hora: aliqui ciues pugnabāt adinuicē:

Nota hūi litateꝫ bti Franciſci

ita ꝙ erant iam duo mortui: Btūs aūt Franciſcus ſur-
rexit: & ita gratioſe & ſancte ꝑdicauit illis hoibus: ꝙ
omnes reduxit ad pacē & concordiā. Propter qđ ep⁹
epus inuitauit btūm Franciſcū: & cum ſuſcepit cū ma
gno honore. De mane uero btūs Franciſcus laudē fu
giens humanā: inſalutato epo: receſſit de ſenis cū ſo-
cio: Propter qđ Frater Maſſeus ibat murmurādo per
uiaꝫ: dicens: quid fecit hic bonus homo? me ut pueꝝ
fecit uoluere: & epo qui nos ita bene recepit nec uer
bum dixit in ſuo receſſu: nec grās retulit: & uidebant
ſibi hec oia indiſcrete facta. Tandem nutu dei ad cor
rediens & ſe duriſſime arguēs: dixit Frater Maſſee tu
es ualde ſuperbus: quia opa diuina diiudicas: & es di
gnus inferno: quia deo cum tua indiſcretiōe rebellas:
Nam in iſta uia tam ſancta opera ſunt facta p frēm
Franciſcum: ꝙ ſi ea feciſſet angelus: nō fuiſſet mirabi
lius. Nam omnia que in iſta uia peracta ſunt: ex or-
dinatione ꝓceſſerūt diuina: ut pꝫ ex fine optimo ſub-
ſecuto: quia & ad pacē reduxit ciues: & multas aīas
a baratro inferni liberauit: & propterea tu es ſtultiſſi
mus & ſuperbus: qui murmuras de his que proceſſe-
runt a uolūtate diuina. Hec aūt frater Maſſeus aliquā
tulum ꝑcedens btm̄ Franciſcū: ſecū dicebat in corde
ſuo. Btūs aūt Franciſcus oia ꝑfata uidēs lumine diui-
no: clamauit poſt tergum fris Maſſei: dicēs ad ea que
nunc cogitas te teneas: quia ſunt bona & utilia tibi
ſicut a deo inſpirata. Murmuratio uero quā faciebas:
eſt mala ceca & ſuperba: a diabolo tibi in anima ſe-
minata. Que audiens frater Maſſeus ſtupuit: uidēdo
btūm Franciſcū ſcire tam ſubito eius cordis archana.
Et cōprehēdebat ꝙ btūs Frāciſcus in ſuis actib⁹ ſem
per diuina grā dirigebat. ¶ Cum btūs Franciſcus ſo-
cios ſuos ad diuerſas orbis partes ad ꝑdicādū binos
miſiſſet: ut qđ preceperat ipſe exerceret: elegit ire uer
ſus Franciā cum frē Maſſeo. Et cū ad quaſdā habita-
tiones ueniſſent fidelium: neceſſe habuerūt ut regula
mandat mendicare. Et cum btūs Franciſcus iuiſſet p
unam uiam. Et frater Maſſeus per aliā: elemoſinas ac
quiſierūt. Et quia btūs Franciſcus erat hō deſpectus:
& frater Maſſeus pulcher: plures & pulchriores ha-
buit elemoſinas & bolos panis. Cum uero ad quēdaꝫ
fonteꝫ ueniſſent: In cuius margine lapis erat pulcher
& magnus: extrahētes fruſta q acqſierant: uidēs btūs
Franciſcus ꝙ fruſta fratris Maſſei erant pulchriora q̄
ſua: exultās in ſpiritu pro deſiderio paupertatis ait. O
frater Maſſee: nos nō ſumus digni de tanto theſauro
& tā magno: Et hec gradatim uocē eleuando: pluries
replicauit. Rn̄dit frater Maſſeus: pr̄ chariſſime: quō
pōt dici theſaurus: ubi eſt tanta paupertas? quia nō ē
hic cultellus neqꝫ tobalea: nec ſcutella: nec inciſo-
rium: nec domus: nec menſa: nec famulus: nec famula.
Reſpondit btūs Franciſcus: & hoc eſt ꝙ puto magnū
theſaurū: ubi nihil eſt de his que preparātur humana
induſtria: ſed quicquid adeſt totū eſt a diuina ꝓuiden
tia miniſtratuꝫ: ſicut apparet manifeſte in pane acqſi-
to: in lapide tam pulchro: & in fonte tam limpido. Vn̄
uolo ꝙ rogemus deum: ut theſaurus ſancte pauperta
tis tam nobilis: qui hꝫ deū adminiſtratorē faciat nos

cuʒ toto corde diligere. & ſic de illis fruſtulis panis ſa-
tiati: gratias agētes deo: uerſus Franciam iter arripiūt.
Et cum ueniſſent ad quandaʒ eccleſiam: & in eam in-
trantes: Beatus Franciſcus iuit ad orandum poſt alta-
re: ubi uiſitationis diuine recepit tam ignitum feruo-
rem eius animā ad paupertatis concupiſcentiam inflā-
mantem: ꝙ uidebatur ex facie & oris hiatu quaſi flā-
mas ardoris emittere: Et egrediens ad ſocium ſic igni-
tus ore uehementer dicebat a a a Frater Maſſee: pre-
be mihi te ipſum. Et hoc fecit ter: Frater Maſſeus ſtu-
pens de tam uehementi feruore: cum tertia uice dixiſ-
ſet Beatus Franciſcus prebe mihi te ipſuʒ: miſit ſe to-
tum i brachia ſancti patris. Tunc Beatus Frāciſcus
cum hiatu magno & ſpiritus ſancti feruore ac clamo-
re ualido reiterando a a a: leuauit Fratrem Maſſeum
cum ipſo flatu in aerem: & impulit illum ante ſe quā-
tum eſſet unius haſte longe menſura. quod uidēs fra-
ter Maſſeus: ſtupuit de tam mirando ſancti patris fer-
uore: & retulit poſtea ſociis: ꝙ in illo ſancti Franci-
ſci impulſu tantam dulcedinem & conſolationem ſpi-
ritus perſenſit: ꝙ nunquam in uita ſua tam maximam
conſolationem ſe meminerat habuiſſe. poſtea Romā
pergentes: Beatus Franciſcus fuit a ſanctis apoſtolis
Petro & Paulo dulciter amplexatꝰ. ut dicetur fructu
uigeſimo tertio & conformitate: & quia Beatus Fran-
ciſcus a ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo petierat ut
pro ipſo & ſociis cuſtoditionem theſauri paupertatis
impetrarēt a Chriſto: Beati Apoſtoli ſibi dixerūt. Fra-
ter Frāciſce: qa hoc tu petis & deſideras: ꝙ ipſe Chri-
ſtus & ſancti Apoſtoli hic ſeruauerūt: iō notificamus
tibi ex parte domini noſtri Ieſu Chriſti: ꝙ tuum deſi-
derium eſt adimpletum. Et ipſe dominus noſter Ieſus
Chriſtus nos miſit ad te: ut annūciemus tibi ꝙ oratio
tua ē exaudita: & theſaurus ſanctiſſime paupertatis
tibi & te ſequētibus perfectiſſime eſt conceſſus. Et ti-
bi ex parte Chriſti dicimus: ꝙ quicūqʒ hoc deſideriū
tuum exequētur: de regno beatitudinis ſunt ſecuri: &
tu & omnes tui ſequaces erunt a domino benedicti.
Que omnia Beatus Frāciſcus fratri Maſſeo ſocio ſuo
reuelauit. ¶ Hic frater Maſſeus audiuit Chriſtū con-
cedentem indulgentiam Beato Franciſco pro eccleſia
ſancte Marie de portiuncula: dum eſſet ipſe Beatus
Frāciſcus in dicta eccleſia coram Chriſto uirgine Ma-
ria & angelis. Et iuit cum eo Peruſium ad dominū pa-
pam Honorium: & dominus Honorius papa conceſ-
ſit ſibi ut dicetur fructu & conformitate quarta deci-
ma. Et beatus Franciſcus dixit fratri Maſſeo: ꝙ indul-
gentia ſibi per dominum papam conceſſa: a Chriſto
erat in celo cōfirmata. ¶ Beatus Franciſcus ut dictuʒ
eſt ſupra: uolēs ſcire an deberet orare uel ire ad predi-
candum: hunc fratrem Maſſeum ad fratrem Siluestrū
miſit & ad beatam Claram: ut per eos de beneplacito
declaratus diuino: ſciret quid ageret. Sed fratre Maſ-
ſeo Beato Franciſco referente de uoluntatis domini
rñſo: Idē. b. Frāciſcus ipſo fratre Maſſeo accepto ꝓ ſo-
cio & fratre Angelo (ut credo) de reate: iuit ad ꝑdicā-
dū. Et tunc euenit miraculū illud corā prefatis: ꝙ mul-
titudo maxima auium congregata ad audienduʒ pre-

dicationem beati Frāciſci ſteterunt & uenerūt. ¶ Hūc
fratrem Maſſeum beatus Franciſcus miſit ad fratrem
Ruffinum tētatum a diabolo & nequiter deceptum:
quem nolentem ad beatum Franciſcuʒ operatiōe dia-
boli uenire: Frater Maſſeus ſuo eloqo ſancto perdu-
xit: ac a diaboli inſidiis extitit liberatus ut ſtatim dice-
tur. ¶ Frater iſte Maſſeus audiēs quēdam fratrem ha-
bere profundiſſimam humilitatem: que ipſum ſan-
ctificabat confirmabat & in dei gratia creſcere facie-
bat: & ꝙ melius eſt: nunquam a deo cadere permit-
tebat habentem: ad habendam hanc uirtutem hu-
militatis Frater Maſſeus exarſit: intantum ꝙ eleuans
oculos ad celum uoto ſe ſtrinxit firmiſſimo: nunquam
ſe in iſto mundo uelle letari: ſi hanc ſue anime uirtu-
teʒ non ſentiret adeſſe. Quia uidebatur ſibi ꝙ eſſet di-
gnus inferno niſi ad ipſam humilitatē perueniſſet. Et
cum triſtis ſic per dies plurimos permanſiſſet: in fa-
me & ſiti & multis lachrimis ſe mactando: ac dum
quadā die per ſiluā eundo pro deſiderio uehemēti di-
cte uirtutis: & ſingultus & luctus clamores & lachri-
mas emittēdo: & dari a domino ſibi humilitatē poſtu-
lādo: uoceʒ de celo bis eum uocantem audiuit. Frater
Maſſee. Qui p ſpūm Chriſtū bñdictum recognoſcēs.
Reſpondit: dñe mi. dñe mi. Et dominus ad euʒ. Quid
uis dare. Quid uis dare. ad hanc gratiam poſſidēdā?
Et frater Maſſeus reſpondit: oculos capitis mei. Et do-
minus ad eum. Et ego uolo ꝙ oculos & gratiam ha-
beas. Tunc Frater Maſſeus remanſit in tanta gratia
optate humilitatis & lumine dei: ꝙ cōtinue erat in iu-
bilo: Et ſepe quando orabat faciebat unum iubilum
uniformem: & uoce obtuſa faciebat ſicut columbus
u u u: ac facie hilari & iocunda contemplationi uaca-
bat. Et ſuper hoc humillimus factus ſe uiliorem cun-
ctis hominibus reputabat. ¶ Interrogauit ſanctus
Frater Iacobus de Falerono Fratrem Maſſeuʒ quare
uerſuʒ non mutabat in iubilo: Reſpondit Frater Maſ-
ſeus cum magna letitia. Quia cum in una re inueniaʒ
omne bonum: non oportet uariare uerſuʒ. ¶ Sanctus
Frater Maſſeus requiſitꝰ ſemel: quare erat pre ſolito
triſtis: Reſpondit. Quia & ſi profundiſſimam humi-
litatem poſſideam dei gratia: hoc tamen mihi non eſt
conceſſum: ꝙ & ſi nollem aliquod maluꝫ illi qui mi-
hi feciſſet iniuriam: & ſi bona cupiaʒ & procurem ut
mihi: tamen eum non ſic diligo ut me: nec placet mi-
hi quando audio eum comendari. ¶ Iſte Frater Maſ-
ſeus erat ſolitus dicere ꝙ melius eſt ire ad ſanctos ui-
uos ꝗ̄ mortuos idest ad bonos homies qui ſuperſunt
in mundo: ꝗ̄ uiſitare ſanctorum limina: Nam tales do-
cebunt te multa per que tranſierunt ſcilicet periculo-
ſas tentationes temporales & ſpirituales. ¶ Vni re-
ferenti aliorum mala dixit Frater Maſſeus. conſidera
ſemper facta bonorum ſcilicet Beate uirginis & ſan-
ctorum: & nunquam facta malorum. Si enim malus
es conſiderando facta bonoruʒ: hodie & cras haben-
do ante oculos facta bona: de neceſſitate fies bonus.
Si bonus es: eris melior. Sed conſiderando facta ma-
lorum: ſi bonus es: fies malus: ſi malus: fies deterior.
¶ Hic frater Maſſeꝰ de ſero comedebat: & ſtatiʒ cel-

lam intrabat & dormiebat:& poſtea ſurgebat:dicens
per totam noctem:domine mi da mihi contritionem
de omni diſplicētia & offenſione:da mihi gratiā emē-
dandi & ſatiſfaciendi ſecundum uoluntatem tuam.Et
poſt miſſam claudendo ſe in cella dicebat : Fac do-
mine te me cognoſcere: & amare toto corde . Et hoc
dicebat cum maximis lachrimis & deuotione. ¶Hic
migrās ad dominū:ſepultus eſt Aſiſii in eccleſia bea-
ti Franciſci.

¶De btō Fratre Ruffino uno de ſociis bti Frāciſci.

Onus Frater iacens Aſiſii eſt ſanctus Frater
n Ruffinus cōſanguineus beate Clare: & ſepul
tus in eccleſia beati Frāciſci.Qui Frater Ruf
finus beati Franciſci uita prouocatus & doctrina:ha-
bitum fratrum minorum cum magna deuotione ſuſce
pit.hic fuit uirgo puriſſimꝰ : orationis & cōtemplatio
nis prerogatiua ſublimis: odorifere conuerſationis flo
ridus:coram deo & hominibus uirtutibus adornatus.
¶Hunc beatus Franciſcus magnis preconiis extolle
bat.Cum enim quadā uice beatus Franciſcus in quo-
dam locello ſe cum ſociis in diuinis colloquiis exerce
ret: Frater Ruffinus cum non eſſet tunc cum eis : ſed
in ſilua in oratione: contigit ut expleta oratione de ſil
ua exiret: & parum a longe a beato Franciſco tranſi-
ret.Queꝫ beatus Franciſcus a longe cernens:uertit ſe
ad ſocios dicēs.dicite mihi chariſſimi: que eſt ſāctior
anima quaꝫ nunc habeat deus in hoc mundo. qui hu
militer reſponderunt dicentes: ipſum beatum Franci-
Teſtimo- ſcum hoc priuilegio ſublimari. Ipſe uero reſpondit.
niū.b. Frā Ego chariſſimi ſum indignior & uilior homo q̄ deus
ciſci d' frē habeat in hoc mundo. Sed uidetis uos illum fratrem
Ruffino. ſanctum Ruffinuꝫ:nunc exeunteꝫ de ſilua? Dominus
mihi reuelauit ꝙ anima eius eſt de tribus ſanctiori-
bus animabus quas deus habeat nunc in hoc mūdo.
Et firmiter dico uobis ꝙ ego non dubitarē ipſum ſan
ctum Ruffinum uocare:dum adhuc uiuit in corpore:
cum anima eius ſit in gratia confirmata & ſanctifica-
ta & glorificata & canonizata in celo a Domino Ieſu
Chriſto.hec uerba dicebat beatus Franciſcus de ſan-
cto fratre Ruffino in ſui abſentia. Sed anteq̄ ad hūc
ſanctitatis & confirmationis gr̄e ueniret ſtatuꝫ: a dia
bolo fuit dupliciter inter alia tētatus: & ſi per beatuꝫ
F.ruffinus Franciſcum liberatus.Primo ut dicit frater Corradus
a diabolo de offida: fuit a diabolo tentatus ut beati Frāciſci nō
tentatur. ſequeretur ueſtigia:& ſpecialiter : quia beatus Franci
ſcus erat idiota & ſimplex: & fratres hincinde per ho
ſpitalia leproſoruꝫ tranſmittendo: frequenter a ſtudio
orationis diſtrahebat. Sed uia tuta erat:ut ſequeretur
uiā Beati Antonii & aliorū anachoritarum in deſertis
ſolitarie cōmigrādo : hec primo ſuggeſſit cordi:deide
in angeli lucis forma apparēs:p̄dicta dixit eidē.Et ſic
fuit Frater Ruffinus in dicto propoſito confirmatus.
Vnde cū ſtaret in mōte Subaſſio in cellula in quadra
geſima ſolitarius: & frēs alii in cellulis factis de arbo
rum ramis:ſic ipſe Frater Ruffinus fuit a diabolo de
luſus:ꝙ non ueniebat ad beatum Franciſcuꝫ hora co
meſtionis more ſolito.Sed mendicando in Aſiſio pa-
nem per totam hebdomadā clauſus manebat.Et bea

tus Franciſcus & alii fratres credebant ꝙ propter ſo-
litudinem: quia erat homo magne orationis hoc age
ret.Et ſic ſtetit i tota q̄dtrageſima. i die nero cene bea
tus Franciſcus miſit pro omnibus fratribus qui erant
in illo monte ſolitarii: ut cōmunicarent & facerent do
mini cenam. Frater autem Ruffinus fratri ipſum uo-
canti reſpondit.dic fratri Franciſco ꝙ nolo ad euꝫ ue
nire:nec decetero eum ſequi:ſed uolo morari hic ſoli-
tarius:quia melius potero ſaluari q̄ ſequēdo eius ſim
plicitates.ut mihi dominus reuelauit. Que btūs Fran
ciſcus audiens triſtis effectus: miſit ſibi iterum alium
nuntium.Qui ad ipſum uenire recuſauit. ante eleua-
tionem euchariſtie miſit tertio pro ipſo ut ſalteꝫ ad ui
denduꝫ corpus domini ueniret.Qui noluit facere.ſed
uerba primis ſimilia beato Frāciſco dicenda miſit.qui
bus auditis beatus Franciſcus ſumpta ſacra cōmunio
ne:locum intrauit ſolitariuꝫ & triſtitia totus abſortus
cepit lachrimare & magno eiulatu dicere . Domine
ut quid tam ſimplicē permiſiſti errare? Et ſurgēs per-
ſonaliter ad fratrem Ruffinum acceſſit & dixit ſibi.
Quare frater Ruffine tantam mihi triſtitiam dediſti:
& ter uocatus ad tantam ſolēnitatem uenire noluiſti?
Qui reſpondit ꝙ uolebat uitam heremitarum ſequi:
& non ſuam:quia ſic faciendo nullus poterat eſſe er-
ror ſed bene ipſum ſequendo:cum propter ſuas ſim-
plicitates fratres ab oratione multotiens diſtrahebat.
Sed cum beatus Franciſcus rogaret euꝫ ꝙ ueniret ad
comedēdum cum fratribus & ille nollet:tādeꝫ acquie
uit.Sumptoqꝫ prandio:cum beatus Franciſcus uellet
eū ad fratrum cōmunitateꝫ reducere:& peteret ab eo
quis ipſum ad hoc induxerit: & frater Ruffinus dice
ret diuinam inſpirationem & angelicam allocutioneꝫ
ſibi ſuper hoc factaꝫ.quare ſic uelle agere dixit. Tūc
beatus Franciſcus dixit.ego oſtendam tibi illum ange
lum ſeductorem qui te decipiēdo talia tibi ſugeſſit.Et
oratione facta:ſtatim apparuit angelus tenebrarū ita
decorus & ſplēdidus:ut oēs eſſent ſtupefacti. Quem
frater Ruffinus uidēs cum gaudio dixit.Hic angelus
mihi talia dixit. Tunc beatus Franciſcus poſt oratio
nem precepit illi angelo:ut quis eſſet uiſibiliter appa
reret: & uidēte fratre Ruffino trāſfiguratus eſt in ſpe-
ciem tam horribilem:ꝙ pre timore & horribili ſetore
in terrā frater Ruffinus cecidit q̄ſi mortuus : & a bea
to Franciſco ſubleuatus & confortatus fuit & in iuſti
tia confirmatus.& dicebat poſtea frater Ruffinus : ꝙ.
in tali forma apparuit ꝙ nō poſſꝫ cordē credi uel uer
bo declarari. Et dicebat ꝙ per magnuꝫ tempus & nō
ſine magna pena ſibi uidebatur predictū ſetorem ſen
tire. ¶Vice alia Frater Ruffinꝰ fuit a diabolo de pre-
deſtinatione tentatus.uidelicet ꝙ ipſe nō erat de pre-
deſtinatis ad uitam eternam: & quicquid boni in reli-
gione faciebat:perdebat.Et hoc primo diabolus eius
cordi ſugeſſit.Sed frater Ruffinus hoc Beato Franci
ſco nō manifeſtauit.ueruꝫ conſueta opera faciebat ſci
licet orando ieiunando & alia bona faciendo. Erat ta
men ex hoc melācolicus totus & triſtis effectus. Sed
hoſti antiquo nō ſuffecit ſugerere:ueruꝫ etiam in ſimi
litudinem Chriſti crucifixi ſe tranſfigurans dixit Fra-

tri Ruffino ego ſum dei filius : tu non es de predeſti-
natis ad uitam: cur te affligis? Ego ſcio quos elegerim:
ne credas filio Petri Bernardonis : nec ipſum de illa
materia interroges: quia omnis alius a me hoc igno-
rat . Ideo credas ꝙ tu es de numero damnatorum: &
ipſe Frater Franciſcus : & pater eius eſt damnatus: &
quicunqʒ eum ſequitur decipitur. unde Frater Ruffi-
nus erat ita obtenebratus a principe tenebrarum ꝙ
iam fidem & amorem in Beato Franciſco perdiderat:
& hoc ſibi dicere non curabat : Sed beato Franciſco
quod frater Ruffinus nō dixit: ſpiritus domini reuela
uit. Vnde ipſe pater pius uidens periculum dicti Fra-
tris: miſit ad eum fratrem Maſſeum: ut ad ipſum Fra-
ter Ruffinus ueniret omnino. Namʒ beatus Franciſcus
& frater Ruffinus ambo ſtabant in loco de carceribꝰ
ſcilʒ in monte ſubaſio. Frater Ruffinus reſpondit fra
tri Maſſeo. Quid ego habeo agere cum fratre Franci
ſco? Et tūc frater Maſſeus homo totus ſapientia dei
plenus: clare cognoſcēs eum diaboli fallacia deceptū
ait. o frater Ruffine. Neſcis tu ꝙ frater Franciſcus eſt
ſicut Angelus dei: qui tot aīas in mūdo illuminauit:
& a quo etiam nos tot diuine gratie dona recepimus?
Ego uolo ꝙ ad eum omnino uenias: quia clare uideo
te a diabolo eſſe deceptum. Statim autēʒ Frater Ruf
finus uenit ad beatum Franciſcum. Quē beatus Fran
ciſcus a longe uidens cepit clamare: O frater Ruffine
catiuelle cui credidiſti? Et ſibi beatus frater Frāciſcus
totam tentationem quam habuerat intus & extra di-
xit: & docuit. ꝙ ille q talia ſibi ſugeſſerat nō erat chri

Effectꝰ tē tatōis dia bolice.

ſtus ſed diabolus. Primo quia cor eius idurauerat. Se
cundo quia eum triſtem effecerat: cuius oppoſitūʒ eſt
de xp̄o. Tertio qa dicēdo ſibi aliqd uitupiū diabolus
ſuſtinere ut ſuperbus non poſſet . Et ideo dixit Frater
Franciſcus fratri Ruffino. Si iterum apparebit & ali-
quid tibi dixerit . Dicas ei ſcilʒ diabolo. aperi os tuūʒ
& ego ſtercorizabo in illud. Et ipſe ſtatiʒ a te effugiet.
Tunc frater Ruffinus humiliter cum lachrimis cul-
pam ſuam cognouit: ꝙ prefata beato Franciſco nō re
uelauit. Sanctus uero Franciſcus dixit ſibi . Vade fili
& confitearis: & oroīs conſuete ſtudiū non omittas.
& ſcias chariſſime p certo: ꝙ hec tentatio erit tibi ad
magnam utilitatē & conſolationeʒ ſicuti in breui ex-
perieris. Sanctus autem frater Ruffinus rediit ad cel
lam ſuam: & ad orandū in ſilua: & cum ſtaret cū mul-
tis lachrimis ad orandum omnipotenteʒ: diabolus in
ſpecie chriſti ſibi apparēs dixit. Frater Ruffine nonne
dixi tibi ꝙ nō crederes filio Petri Bernardonis: cur te
affligis? crede mihi quia tu es damnatus. Et ſtatiʒ fra
ter Ruffinus ſibi dixit. Aperi os tuūʒ & ego in ipſum
ſtercorizabo. Tunc diabolus indignatus cum tāta fu
ria & tempeſtate ab eo receſſit : & cum tanta commo
tione lapidum montis Subaſii: ꝙ ignem maximum ſe
adinuicem collidendo fecerunt. Vnde ad tam terribi-
lem ſtrepitum lapidum beatus Franciſcus & ſocii ad-
mirantes: extra dictum locum ut nouitateʒ illam aſpi
cerēt: exierūt. Et tunc ſanctus Frater Ruffinus mani-
feſte aduertit ꝙ ipſuʒ hoſtis deceperat. unde ſecundo
ad beatum Franciſcum rediit: & proſternens ſe in ter-
ram: iterū dixit culpam ſuam: qui confortatus a Bea-
to Franciſco totus pacificatus remāſit. Et poſt hec dū
ſtaret ad orādum cum multis lachrimis ecce Chriſtus
benedictus ſibi apparuit: & totam animam ſuam diui
no liquefecit amore dicēs. bene feciſti fili bene feciſti:
quia fratri Franciſco credidiſti: quia ille qui te contri-
ſtauerat diabolus fuit. Ego autēʒ ſum Chriſtus magi
ſter tuus . Et ut de hoc te reddam certiſſimum hoc ſit
tibi ſignum: ꝙ donec in iſto mundo eris: nunquam de
cetero triſtis eris. Et benedixit Chriſtus ſanctum Fra
trem Ruffinum: & dimiſit eum in tanto gaudio & dul
cedine ſpiritus & eleuatione mentis : ꝙ die ac no-
cte erat abſortus in deum: & confirmatus eſt in tanta
gratia & benedictione & ſecuritate ſalutis eterne: ꝙ
totus eſt in uirum alterum tranſmutatus . Ad tantam
autem eleuationem mentis & orationis perſeuerantiā
peruenit: ꝙ ſtetiſſet continue infra paruulum circuluʒ
die noctuqʒ ad contemplandum diuina. ſi aliquis euʒ
non impediſſet. Et ꝙ Beatus Franciſcus de gratia no
uerat fratris Ruffini: ideo (ut premiſſum eſt) dicebat
eum ſanctum merito poſſe uocari. Erat autēʒ ipſe fra
ter Ruffinus propter aſſidue contemplationis ſtudiū
ita abſortus in deum: ꝙ quaſi inſenſibilis factus: ual-
de rariſſime loquebatur. nec etiam erat uerbi diſſerē-
di gratia preditus. Vnde cum die quadā beatus Fran
ciſcus dixiſſet Fratri Ruffino: ut iret ad predicandum
Aſſiſii quicquid ei Spiritus ſugeſſiſſet. Et cum Frater
Ruffinꝰ diceret ꝙ ſibi parceret. qa erat idiota: & gra
tiam uerbi nō habebat. Beatus Frāciſcus dixit. Quia
non ſtatim obediſti: ideo per ſanctam obedientiam ti
bi precipio ut nudus ſolis brachis remanentibus ua-
das Aſſiſium in eccleſiam aliquam & ſic nudus popu
lo predicabis. Qui ſtatim obediens Aſſiſium perrexit
nudus. Sed beatus Frāciſcus cogitās interim de prom
pta obedientia fratris Ruffini: & de ſuo mandato taʒ
duro: cepit ſe increpare ꝙ talia fratri Ruffino de no-
bilioribus de Aſſiſio mandaſſet: & inquit ad ſe ipſum
Beatus Franciſcus: per deum ego faciaʒ ꝙ tu experie
ris quod in alio mandas. Et denudans ſe: tunicam ſuā
& fratris Ruffini fratri Leoni dedit : quem pro ſocio
ſuo duxit: ut ſecum eas deferret . Et dum perueniſſet
Aſſiſium inuenit fratrem Ruffinum predicantem : &
deuote dicentem populo. O chariſſimi fugite mundū
dimittite peccatū: reddite alienuʒ. Si uitare uultis in-
fernū. Seruate mandata dei diligite ſuper omnia deū
& proximum ſicut te ipſum: ſi pergere uultis ad deū:
& agite penitētiam: quoniam appropinquabit regnū
celorum. Sed ciues Aſſiſinates: uidētes primo Fratreʒ
Ruffinum ſic nudum: & conſequenter beatum Franci
ſcum dicebant : iſti faciunt tantam penitentiam ꝙ effi
ciuntur amētes. Beatus uero Frāciſcus ſic nudus aſcē
dit in pergulum: & predicauit tam ſtupenda de con-
temptu mundi: de penitentia ſacra : de paupertate uo
luntaria: de deſiderio regni celeſtis: & de nuditate : &
de opprobriis: ac de paſſiōe Domini noſtri Ieſu Chri
ſti crucifixi tam ardenter : ꝙ incredibili deuotione &
compaſſione turba maxima que conuenerat : mi-
ſericordiam altiſſimi ad ſidera conclamabat . Et tam

magnus planctus fuit illa die in Aſſiſio in populo de
paſſione domini: ꝙ nunquam fuit ſimilis de paſſione
domini auditus. Vnde edificato populo beatus Fran-
ciſcus & Frater Ruffinus ſe tunicam induerunt & ad
ſanctam Mariam ambo ſunt reuerſi. Et beatus ſe eſſe
putabat qui poſſet eos tangere: uel fimbriaꝫ ueſtimē
ti. ¶ Dum frater Ruffinus ſemel iret pro pane queri-
tando per Aſſiſium: ecce quidam demoniacus ligatis
manibus & pedibus a multis ſociatus ducebatur ad
beatum Franciſcum ut eum liberaret: Qui cum a lon
ge uidiſſet ſcm̃ fratrē Ruffinū ſtatiꝫ cepit clamare &
furere taꝫ fortiter: ꝙ fractis omnibus uinculis de ma
nibus omnium exiliuit. Et cum illi de hoc mirarentur:
& demoniacum interrogarent quare ſic feciſſet: reſpō
dit. Quia ille Frater pauperculus: ille Frater humilis
ſanctus Frater Ruffinus: qui incedit cum taſca: ſuis
ſanctis uirtutibus & humilibus orationibus: me incē
dit & cruciat. Vnde non poſſuꝫ hic plus morari: & ſta
tim exiuit. Quod aduertens Frater Ruffinus: quia il-
li homines & homo ſanatus magnam ſibi reuerentiā
exhibebāt: hortatus eſt eos ut in his omnibus glorifi
carent deum & ſaluatorem noſtrum dominum Ieſum
Chriſtū. ¶ Item Frater Ruffinus ſtigmata beati Fran
ciſci uidere promeruit. Sed ad cognitioneꝫ uulneris la
teralis triplici modo & uia peruenit. Primo lauando
femoralia Beati Franciſci: que ex parte dextri lateris
multipliciter cruentata de ſanguine: qui de plaga la-
teris exibat: inuenit. Naꝫ Beatus Franciſcus poſt im-
preſſionem ſacrorum ſtigmatum femoralia uſque ad
axillas portabat. Secundo ſcalpendo beatum Franci-
ſcum: digitos in dictam plagam ſtudioſe immiſit. Pro
pter quod beatus Franciſcus anguſtiatus: maximum
clamorem emiſit dicens. parcat tibi deus Frater Ruf
fine: quare hoc facere uoluiſti? Tertio dicendo Bea-
to Franciſco ꝙ ſibi hanc gratiam faceret ut eius tuni
cam ipſe acciperet: & ſibi ſuam daret. Quod cum bea
tus Franciſcus faceret expoliando ſe: quia non habe-
bat niſi unam tunicam: Frater Ruffinus curioſe intuē
do: dictū uulnꝰ laterale oculis aſpexit. Infirmatus fra
ter Ruffinus ad mortem: cum frater Leo illam uiſio-
nem uidiſſet de fratre Bernardo. ut dictum eſt: & cre
dens ſe eſſe illum fratrem pro quo illa fratrum multi
tudo iret proceſſionaliter: & quia grauius infirmaba-
tur q̃ Frater Ruffinus: exiſtimans ſe moriturum: ſurre
xit ut potuit: & totus letus Frater Leo iuit ad fratreꝫ
Ruffinum & dixit ad eum. Frater chariſſime credo ꝙ
deus uelit me uocare ex hac uita ad ſe: Frater Ruffi-
nus reſpōdit. Frater Leo tu es deceptus: quia non de
te ſed de me eſt uiſio quā uidiſti. Et dixit frater Ruffi
nus tu uidiſti hoc in ſomnis. ego uero uigilando. Bea
tus enim Frāciſcꝰ uenit ad me cum illa multitudine di
cens mihi: ꝙ cum illis pergerem ad dominum breui-
ter moriturus. & tunc oſculum dulciſſimum mihi de-
dit: & os meum odore repleuit mirabili. Et ut uerum
me dicere comprobes appropinqua & ſenties redolē
tiam in ore meo ab oſculo ſancto derelictaꝫ. Cumqꝫ
Frater Leo appropinquaſſet: tanta odoris fragrantia
ē pfuſus: que ex ore Fratris Ruffini exhalabat: ꝙ to-

tus alteratus credidit Fratri Ruffino de his que dice
bat. Frater uero Ruffinus. tūc ueniēs ad mortem: uo
catis fratribus ipſos ad ſeruandam paupertatē & cha
ritatem mutuam ammonuit: & admonitione facta in
domino obdormiuit. Et cū illa comitiua ſanctoruꝫ ce
lum adiit: ſepultus Aſſiſii in eccleſia beati Franciſci.
¶ Decimus Frater qui iacet Aſſiſii in eccleſia Beati
Franciſci eſt Frater Guido de Senis laicus: huic Fra-
ter Leo ſocius beati Franciſci iam mortuus apparuit.
Et mortem ſuam fratribus ipſe predixit.
¶ Vndecimus frater qui iacet Aſſiſii in eccleſia ſancti
Frāciſci eſt Fr̄ Egidius de Caponiis uir Magne ſancti
tatis. ¶ De fratre Valētino de Narnia.

Vodecimꝰ frater iacēs Aſſiſii in eccleſia bea
d ti Franciſci ſepultus: & paruuꝫ tempus eſt ꝙ
deceſſit: eſt Frater Valētinus de Narnia. Qui
nobilis genere habuit filias duas & tres filios & unuꝫ
caſtrum. Qui diuino compunctus ſpiritu: omnia relin
quēs: filias in monaſterio ſororum ordinis Sācte Cla
re: ſe uero cum tribus filiis fratrem minorem fecit. ſed
primogēitus nouitius receſſit: & doctor legum in mū
do extitit. Minimus dum uellet ab ordine egredi: ora
tionibus fratris Nicolai laici de Aſſiſio qui nunc cor-
ruſcat miraculis: Peruſii retentus: mortuus eſt in ordi
ne & deuote. Alter etiam in ordine ſtetit. ¶ Hic Fra-
ter Valētinus uixit in ordine bene triginta annis: ſem
per comedendo panem & aquam: decem annis come
dendo ſine aliqua alia admixtione: ſolum panem in
aqua abſinthu intingendo. Ad carnem cilitium ſem-
per detulit: tunica habituali chorda & femoralibꝰ di-
ues: nil aliud ferendo in capite nec in pedibus: uſque
ad uite finem ſic permanſit. ¶ Hic in loco de carcere
tempore ſtetit permaximo: ac ibidem diem clauſit ex-
tremum. & primo ad ſanctam Claram: demum ad ec
cleſiam Beati Franciſci de Aſſiſio deductus: & ibideꝫ
tumulatus: multis claruit & claret miraculis. Iſti ergo
duodecim fratres ſunt Aſſiſii in eccleſia Beati Fran-
ciſci qui ſanctitate fulſerunt tumulati. In alus locis ꝓ
uincie multi ſancti fratres iacent miraculis & ſancti-
tate preclari. ¶ In loco ſancte Marie de Angelis ſiue
de portiuncula iacent infraſcripti fratres.
¶ De Fratre Petro Cathanii ſocio beati Franciſci.

Rater Petrus Cathanii fuit ſanctus frater &
f filius ac ſocius Beati Franciſci. Iſtum Beatus
Franciſcus cum eſſet canonicus maioris ec-
cleſie de Aſſiſio: diſtractis omnibus una die cum ſan-
cto fratre Bernardo de Quinta ualle ad ordinem re-
cepit & fratrem fecit. ¶ Hic Frater Petrus primo fuit
Beati Franciſci Vicarius: & demum Beato Franciſco
renunciante officio Generalatus coram fratribus ipſe
Frater Petrus factus eſt generalis miniſter. ¶ A fra-
tre Petro iſto dum Beatus Franciſcus abrenunciaſſet
gn̄alatus officio petiit ipſe btūs Franciſcꝰ ut ſctē obe
dictie hēret merituꝫ: ſibi unum de ſociis in ſuum dari
guardianum: cui humiliter obediret: quod & factum
eſt. Cui beatus Franciſcus uiuendo & moriendo firmi
ter obediuit. ¶ Iſte Frater Petrus dum Beati Franci-
ſci eſſet Vicarius: ab ipſo beato Franciſco queſiuit ſi

ſibi placeret ut de rebus Fratrum ordinem intrantiuꝫ
propter multitudinem Fratrum ad locum Sancte Ma
rie aduenientium & ordinem ingredientium : & pro
pter rerum penuriaꝫ aliquid reſeruaretur. Reſpondit
Beatus Franciſcus. Malo te altare uirginis glorioſe cū
neceſſitas id requirit nudare: q̄ contra paupertatis uo
tum & obſeruantiaꝫ euangelii aliquid attentare. Gra
tius enim habebit beata uirgo ſancti euangelii perfe
cte obſeruato conſilio: ſuum altare detegi: q̄ altare ue
ſtito: filii ſui promiſſum conſilium pretermitti. Deniqꝫ
cum propter multitudinem fratrum ut poſſent recipi
in loco ſancte Marie de portiuncula: & ut locum ha
berent fratres ad dicendum officiū: feciſſet fieri quā
dam domum: ſuper hoc a beato Franciſco fuit redar
gutus: & ab eo audiuit ꝙ nolebat ut Fratres in dicto
loco facerent domos pro conſolatione: ſed potius in
commoda ſuſtinerent & tribulationem: ut locus ipſe
eſſet ceteris forma & paupertatis exempluꝫ. ¶ Huic
fratri Petro ſuo Vicario beatus Franciſcus culpaꝫ fra
tris infamati diſcutiendam commiſit: & ſi culpabilem
reperiret puniret: ſi uero non: infamanti redderet pe
nam cunctis notabilem. ¶ Iſte Frater Petrus una cuꝫ
fratribus uidelicet Bernardo de Quinta ualle. Ruffi
no & Maſſeo marignani audiuit Chriſtum conceden
tem indulgentiam pro eccleſia Sancte Marie de por
tiuncula: & diem determinantem. ac ad Dominuꝫ Pa
pam Honoriuꝫ pro confirmatione & determinatione
diei indulgētie Romā iuit. ¶ Iſte Frater Petrus poſt
quam Vicariatus & Generalatus officium per tem
pus geſſerat : uocatus a Domino per mortem: maxi
mis in loco ſancte Marie ubi eſt reconditus cepit co
ruſcare miraculis . propter quod cum multi homines
& mulieres ad eius ſepulchrū concurrerent: & fratres
Mira res ex hoc inquietarentur: Beatus Franciſcus ad eius ac
cedens ſepulchrū: & ſtans ſuper ipſuꝫ dixit. Frater Pe
tre: ſicut mihi fuiſti obediens in uita : ſic uolo ꝙ ſis &
modo. Et ideo quia Fratres propter te inquietantur a
perſonis ſecularibus : tibi per ſanctam obedientiam
mando: ꝙ deinceps nullum facias miraculum. Mira
bile dictu. Frater Petrus ex tunc a miraculis deſtitit.
& nullum deinceps fecit. ¶ In hoc loco ſancte Marie
iacent quattuor Fratres de ſociis beati Franciſci cum
iſto Fratre Petro: quorum nomina non inueni . ¶ Ia
cent etiam in eodem loco ſex fratres alii: qui animam
Beati Franciſci in ſpecie ſolari celum uiderunt adire.
¶ Frater Iacobus in hoc etiam loco Sancte Marie ia
cet qui uidit animam Beati Franciſci euolare ad ce
lum ſicut ſtellam ſuper nubem candidā. ¶ Iacent etiā
in hoc loco ſancte Marie Fratres illi qui audierunt &
uiderunt multas aues alaudas congregatas : cantan
tes ſuper tectum eccleſie Sancte Marie in obitu Bea
ti Franciſci. ¶ De fratre Ioanne ſimplici.
¶ Frater Ioānes ſimplex in hoc loco Sācte Marie de
portiuncula iacet: qui Frater Ioannes ſimplex uidens
beatum Franciſcum quandam ſcopantem eccleſiam
eum iuuit: & ad ordinem per Beatum Franciſcum re
ceptus cum ipſo Beato Franciſco ſepe ibat : & adeo
erat ſimplex ꝙ quidquid faciebat Beatus Franciſcus
& ipſe faciebat : ſi ſpuebat Beatus Franciſcus: & ipe
ſpuebat: ſi genu flectebat. & ipe flectebat genua : &
ſic de aliis. Et cū a btō Frāciſco ſup hoc reprehenderet.
Reſpondit : ego promiſi facere omnia que tu facis.
Hic tantuꝫ in uirtutibus creuit & ſanctis moribus ꝙ
omnes fratres mirabantur. Et tandeꝫ añ mortem bea
ti Frāciſci obiit. Vnde. b. Frāciſcus narrando fratribus
eius conuerſationem : non fratrem Ioannem ſed ſan
ctum fratrem Ioannem nominabat. ¶ Plures alii ſan
cti fratres in hoc loco ſunt ſepulti . ¶ In hoc loco in
ſignum dilectionis Beatus Franciſcus uoluit : ꝙ poſt
mortem ſuam ſuum cor a corpore ammotum colloca
retur. ut a fratribus antiquis ego ipe accepi. & eſt (ut
dicitur) in altari capelle beati Franciſci ibidem loca
tum. Ipm enim locuꝫ ut dicetur Fructu quarto deci
mo & uigeſimo octauo & cōformitate pre omnibus
locis mundi Beatus Franciſcus dilexit.

¶ De beato fratre Egidio tertio ſocio beati Frāciſci.

IN peruſio iacent iſti ſancti Fratres. uidelicet
Frater Egidius ſancte memorie de Aſſiſio:
qui fuit tertius Frater filius & ſocius Beati
Franciſci: cuius uitam ſuccincte primo hic ſubdam : &
demum eius ſacra dicta & admonitiōes. ¶ Hic glo
rioſus uir de Aſſiſii ciuitate oriundus : cum audiret a
ſuis conſanguineis ꝙ dominus Bernardus de Quin
ta ualle maior homo de Aſſiſio : & dominus Petrus
Cathanii qui erat canonicus eccleſie cathedralis· Di
ſtractis omnibus uita & habitu Beato Franciſco ad
heſerant : a deo inſpiratus poſt octo dies ad Beatum
Franciſcum ſtuduit ſe transferre: ut ſe eidem prefato
rum habitu & uita coniungeret. Et cum locum neſci
ret ubi Beatus Franciſcus cum prefatis maneret : in
quodam triuio poſitus dominum rogauit: ut ſibi uiam
panderet ad inueniendum Beatum Franciſcum. Ipſo
qꝫ dirigente ad locum ſeu tugurium in quo Beatus
Franciſcus cum prefatis morabatur: peruenit. Et cum
de his que conceperat cogitaret : Beatus Franciſcus
ei occurrit. Quem ipſe Egidius uidens ad eius pedes
proſtratus: cepit eum rogare ut eum cum Fratre Ber
nardo & Fratre Petro ad ſuum conſortium recipere di
gnaretur. Beatus Frāciſc⁹ attendens eum eſſe fideliſſi
mum & deuotum eidem dixit . Chariſſime magnam
gratiam facit tibi Chriſtus: qui te in ſuum militem eli
git & ſeruitorem : & ſic confortauit eum : & monuit
eum : ut in uocatione ſua qua a domino uocatus erat
perſiſteret. uocauitqꝫ Beatus Franciſcus fratres Ber
nardum & Petrum dicens unum bonum fratrem no
bis miſit dominus. Qui ſimul gauiſi in domino come
derunt. Cumque Beatus Franciſcus cum ipſo Egidio
Aſſiſium pergeret: ut pro habitu eius pannum procu
raret: occurrit Beato Franciſco in uia mulier pauper
cula petens elemoſinam: cumqꝫ Beatus Franciſcus ni
hil haberet ad danduꝫ: uultu Angelico conuerſus ad
ipſum Egidium dixit. Demus ſibi mantellū tuum cha
riſſime amore domini nr̄i Ieſu Chriſti. Qui uultu Hi
lari expoliās ſe dedit illi. Et ſtatiꝫ uiſuꝫ eſt ipſi Egidio
ꝙ elemoſina illa aſcēderet celū : & ſenſit ſeptimus gau
dio quodā perfundi. Sed demum ipſuꝫ beato Franci

ſco in feſto ſancti Georgii habitu ordinis induente fa ctus eſt Frater minor. Quo induto Beatus Franciſcus cum ipſo uerſus Marchiam pergēs exhortabatur ho mines ad penitentiam. Et beatus Frater Egidius di cebat ut eidem crederent: quia bonum conſilium eis dabat. In ipſo autem itinere beatus Franciſcus pro phetando de dilatatione ordinis: dixit Fratri Egi dio. Noſtra religio ſimilis erit homini piſcatori ꝙ mit tit retia in aquā capiens piſciū multitudinē copioſā: & paruos in aq̄ relinquens: magnos eligit in uaſa ſua.

De ei⁹ deuotione.

¶ Temporis in proceſſu beatus Frāciſcus ad ſanctū Iacobum eundi licentiā cōceſſit: in quo itinere nun quam famem a ſe repulit: propter penuriam quam do mini amore tollerabat. unde die quodam cum iuiſſet pro elemoſina: & nihil inueniſſet: ad quandam aream perrexit: & inuentis quibuſdam granis fabarum ſe refecit: & cum ſe ſomno dediſſet: ſurrexit adeo fortis ac ſi multa grana pigmētorum comediſſet. ¶ In quo itinere obuians cuidam pauperi motus pietate: capu tium auferens ab habitu ſibi dedit: & diebus uiginti ſine caputio ambulauit. Cumq̄ ſic deformis ad ca ſtrum quoddam Lombardie nomine ficarolum perue niſſet: a quodam uocatus: ad ipſū quia indigebat li benter acceſſit: ſperās aliquid habere amore dei. Ta xillos ille ſi uellet ludere in manibus eius ponit. Fra ter uero Egidi⁹ in nullo motus dixit ſibi dominus par cat tibi. Et ſic per mundum habitu deformi eūdo fre quenter deridebatur. ¶ Poſt hoc ſocio habito a bea to Franciſco & licentia de uiſitando domini ſepulcrū Brunduxium deuenit: & cum ibi eſſet pluribus dieb⁹ procurato urceo: ibat aquam portando: & neceſſaria pro uictu ſibi & ſocio acquirebat. Poſtea mare tran ſiens: cum deuotione maxima ſepulcro uiſitato cum aliis locis: ad ciuitatem Achaie deuenit: ibiq̄ moram contrahens ut de labore ſuo uiueret: Faciebat ſpor tas ex iuncis: quibus illi homines utebātur: portabat etiam defunctos ad cimiterium: & aquam per ciuita tem: & ſic uite neceſſaria lucrabatur. Quando hec fa cere non poterat: recurrebat ad menſam domini ele moſinam hoſtiatim petendo. Demū ad ſanctam Ma riam de portiuncula eſt reuerſus. ¶ Viſitauit etiā ſan ctum Angelum & ſanctum Nicolaū de Bari. & quan do ibat per mūdum: hortabatur homines & mulieres ut deum diligerent & timerent: ac penitentiam age rent de peccatis. ¶ Die quadam dum eſſet feſſus ual de ex itinere & famem pateretur: iuxta uiam ad dor miendum ſe poſuit: Et cum ſurgeret a ſomno: inuenit iuxta caput ſuum diuino beneficio medium panem. Et gratias deo agens cū comediſſet eſt confortatus.

De exercitio ei⁹ & uitatione ociofitatis

¶ Miſſus a beato Franciſco ad ſtandum Romam: uo lens de labore manuum ſuarum uiuere: ibat ad ſiluam diſtantem per quattuor miliaria: & incidebat ligna & portabat ad urbem: & neceſſaria pro uictu accipie bat. Semel ligna uendidit uni mulieri: & cum uiden do eum eſſe religioſum uellet ſibi plus dare q̄ pacta eſſet cum eo: Frater Egidius noluit accipere: ſed me dietatem etiam precii ſibi dimiſit. Dicens nolo ꝙ aua ritia me uincat: unde aliquod opus quantumcūq̄ ui le non dedignabatur peragere dummodo honeſte id poſſet exercere. ¶ Ibat tempore uindemiarum ad col ligendum uuas & eas in torculari exprimebat: & ne ceſſaria pro uita ſic ſummebat. ¶ Semel iuit ad excu tiendum nuces: & cum ſibi tot nuces darentur ꝙ gre mio capi non poſſent: exuto habitu & manicis ac ca putio ligatis: nudus remanſit: & implens habitū nu cibus nudus ad urbem reuerſus pauperibus dedit. ¶ In monaſterio ſanctorum quattuor coronatorum prope ſanctum Ioannem de Laterano purgabat fari nam: accipiendo pro ſalma ſeptem panes. Similiter ꝓ aqua deferenda ibat per miliare ad fontem ſancti Si xti: de qua aqua bibebant monachi: & fiebat panis: & pro his panes recipiebat: & quod ſibi ſuperfluebat dabat pauperibus. ¶ Dum ſemel aquam pro mona chis ibidem adduceret: & quidam ad bibendū de ea exegiſſet. Reſpondit non poſſum tibi dare & reſiduū monachis deferre. Ille multas iniurias dixit ſibi. Sed Frater egidius alio urceo accepto iuit pro aqua & ad domum ſe iniuriantis portauit. Quod ut uidit ille ſuā culpam dicendo: ꝙ parceret ſibi rogauit: quod & li benter fecit. ¶ Nunquam Frater Egidius in aliquo la bore ſe per totam diem obligauit alicui: ut ſuas horas dicere & orationi poſſet uacare. Summa ergo diligen tia Frater Egidius uitauit ocium. unde uel laborabat manibus: uel orabat: uel deuotioni: uel ſalutiferis ua cabat uerbis. ¶ Unde cum ipſe Frater Egidius eſſet apud dominum epiſcopum Tuſculanum cardinalem: & iret ad colligendum oliuas: & alia ſeruitia facien dum: & panem ad dicti cardinalis hoſpitium porta ret: & cardinalis diceret ſibi ut de pane ſuo tanquam pauper manducaret: reſpondebat uerbum prophete. Labores manuum tuarum quia manducabis &c. Huic Fratri Egidio tāquam hōmini boni exempli de dit licentiam liberam beatus Franciſcus ut uidelicet iret quocunq̄ uellet: & ſtaret ubicunq̄ ſibi placeret. Reſpondit Frater Egidius ꝙ in tam libera licentia ire & ſtare nolebat. Et tunc beatus Franciſcus ſepti mo conuerſionis ſue anno miſit eum ad heremitoriū de Fabrione comitatus Peruſii. ubi dum eſſet facie bat caſulas ꝓ ciathis conſeruandis cophinos & cari cannas: & poſtea deferebat ad ciuitatem & uende bat: & neceſſaria pro uictu & ueſtitu recipiebat. Et ſic inſiſtebat labori ꝙ unum fratrem induebat. ¶ Ad pre dictum locum accedens ibat diſcalciatus: & ſolo ha bitu contentus tempore magni frigoris: cui quidam obuians dixit: ꝙ non ſic iret ſi ſciret ſe ſtatim paradi ſum debere intrare. Ad quod uerbum hoſtis antiquus ei tantum frigus immiſit ꝙ fere algore moreretur. Sed meditatione Chriſti quomodo ibat nudus & di ſcalciatus: ſubito calefactus laudauit altiſſimum: qui ſuo igne ſic ſubito eum calefecerat. ¶ In quo loco cū per plures annos ſteiſſet: & ſemel recordatus pecca torum ſuorum ſiluam intrauit: & uocato quodam fra tre puero nudauit ſe: & poſita chorda in collo prece pit illi fratri ut eum traheret cum chorda ad locum fratrum. Quo ingreſſi btūs Frater Egidius uociferan do clamauit: Miſeremini mei Fratres miſeremini mei

De ei⁹ hu militate

peccatoris. Ad quem fratres conuenientes & uidentes eum ſic nudum lachrimari ceperunt dicentes. indue te pater tunica. Et ille non ſum dignus eſſe Frater minor: tamen ſi uos uultis mihi reddere tunicam pro miſericordia & elemoſina recipio ut indignus: & ſic recepit & induit. ¶Hunc beatus Frāciſcus cernēs eſſe idoneum & uoluntarium ad martirium: ipſum cū alijs fratribus ad ſaracenos deſtinauit. Qui uenientes Tunicium a chriſtianis prohibiti ſunt ſaracenis predicare: timebant enim chriſtiani ne propter eos occiderentur a ſaracenis. unde ipſos ui in nauim repoſuerunt: & ſic ad partes fidelium ad beatum Franciſcum ſunt reuerſi.

De eiꝰ deſiderio ad martiriuȝ.

¶Fuit autem Frater Egidius magne obedientie. Nam cum in loco agelli ſtaret: & aliquantulum ſemel extra locum iuiſſet: fuit ſibi dictum ex parte generalis miniſtri ꝙ iret Aſſiſium ad eum: Qui noluit ad locum redire: ſed uia recta Aſſiſiuȝ accedebat. Et cum Fratres ſuaderent ut locum primo reintraret & poſtea iret. Reſpondit ꝙ nolebat dicēs: mihi mandatum eſt ꝙ uadam Aſſiſium nō ꝙ reuertar ad locuȝ. Et ſic de loco ubi preceptum audiuit iuit Aſſiſium. Et hoc propter obedientiā ſeruabat ſtrictiſſime.

de eiꝰ obedientia.

¶Cuidam fratri conquerēti ſibi ꝙ guardianus eidem oranti mandaſſet ꝙ iret pro pane: & melius ſibi uidebatur orare q̄ ire pro pane. Reſpondit Frater Egidius. Nōdum quid ſit oratio cognouiſti: quia uera oratio eſt ꝙ ſubditus prelati ſui faciat uoluntatem. Et dixit Frater Egidius ſignum ſuperbie eſt nolle ponere caput ſub iugo obediētie: & extrahere inde ut uiā que ſibi perfectior uidetur adimpleat. Quandiu bos tenet ſub iugo caput: implet horrea frumēto. Si homo eſſet tā ta deuotione & gratia eleuatus: ꝙ loqueretur cum angelis: & a ſuo prelato uocaretur: ſtatim debet colloquium angelorum dimittere: & prelato protinus obedire. ¶Hoc exemplo firmauit Frater Egidius ſemel. Qui raptus coraȝ domino papa Gregorio & cardinalibus qui ipſum iuerant ad uiſitandum Peruſii ad locuȝ de mōte: ſibi precepit dominus papa ꝙ ſtatim ad eos deberet redire. Statim qui inſenſibilis uidebatur cucurrit ad papam: & eius pedibus prouolutus dixit humiliter culpam ſuam. ¶Audiens Frater Egidius caſum Fratris Helie de inobedientia & apoſtaſia ac excōmunicatiōe: proſtrauit ſe in terram: & terre ſe fortiter toto corpore conſtringebat. Et interrogatus quare hoc faceret. Reſpondit uolo deſcendere quantum poſſum quia ille deſcendit tantum propter ſaltum.

¶Semel Frater Egidius dixit obedientiam uolo experiri cuiuſdaȝ Fratris in ſacra theologia magiſtri qui ſancte Clare predicabat & eius ſororibus. Cui predicāti dixit Frater Egidius. Tace magiſter: quia ego uolo ꝑdicare. Qui ſtatiȝ tacuit. & poſtquā Frater Egidius in feruore ſpiritus eructauit melliflua: dixit magiſtro. Perfice nunc Frater ſermonem quem incepiſti: & ſic fecit. De quo beata Clara exultās in ſpiritu dixit: hodie completum eſt deſiderium beati Franciſci mihi aliquando dicentis. opto multum fratres meos clericos ad tātam humilitatem uenire: ꝙ magiſter in theologia a uoce laici predicare uolentis a predicatione ceſſaret. Dico uobis Fratres ait ſancta Clara: ꝙ plus me edificauit magiſter ſua humilitate: q̄ ſi uidiſſeȝ eū mortuum ſuſcitantem.

de amo[re] paupta[tis]

¶Fuit Frater Egidius amator paupertatis. Vnde licet laboraret manibus: nihil tamen pecunie recipiebat: ſed quantum pro uictu ſufficiebat: & reſiduum dabat pauperibus. Et quia hanc amauit: dominus ſibi in neceſſariis condeſcēdit: ut patuit ſupra in pane ad caput eius inuento diuinitus miniſtrato. ¶Et ſimiliter cum in principio eſſet in quodam monte ſupra caſtruȝ Dirute: & nullus ſciret hoc de caſtro uel de cōtrata: & cum ſocio ibi ageret quadrageſimā: ac niues tribus diebus & noctibus in tanta copia deſcendiſſent: ꝙ nullo modo nec ad acquirēdum panem nec ad laborandum poſſet exire. Inuocato domino per ipſum & ſocium ut eis ſubueniret: diuina prouidentia ſtatim affuit: & cuidam de caſtro dirute inſpirauit: ut ad eccleſiam ſancti Laurētii ubi erant duo fratres accederet: panem & uinum eis deferret. Quod & fecit: cuiꝰ hortatu & uerbo alii de caſtro eis neceſſaria ſufficienter portauerunt. Quod uidens Frater Egidius dixit ſocio. Frater hucuſqȝ rogauimus dominum & exauditi ſumus: ſed amodo ei regratiemur & rogemus pro illis qui elemoſinas nobis fecerunt: & ſic eſt factum. ac ipſius Fratris Egidii exemplo & ſocii multi conuerſi de illa contrata ſunt ad dominum: & facti ſunt fratres. Alii uero uxorati in domibus propriis penitentiam exercebant. ¶Cum Frater Egidius ſemel iuiſſet Aſſiſium: Fratres eū per domum duxerunt oſtendentes ei edificia ſumptuoſa que conſtruxerant: quaſi in eis gloriantes. Quibus diligenter inſpectis Frater Egidius dixit fratribus illis. Dico fratres ꝙ nihil deficit uobis niſi uxores. Et perturbati fratres de hoc fortiter ſcandalizati fuerunt. Quibus dixit Frater Egidius. fratres mei. Vos bene ſcitis ꝙ ita eſt uobis illicitum diſpenſare in paupertate ſicut in caſtitate. poſtquaȝ paupertatem a uobis reieciſtis de facili reicere poteſtis & caſtitatem.

De ca[stitate] macerat[io]ne & mu[n]ditia.

¶Mortificatiōi carnis intendebat aſſidue in ſeruitutem eam reducendo. quare candore prefulſit nitide puritatis. Vnde Frater Egidius ſemel comedebat in die hora ſerotina: & tūc parum ualde. Et dicebat Frater Egidius. ꝙ caro noſtra eſt ſicut porcus qui auide currit ad lutum: & eſſe in luto continue delectatur. Et caro etiaȝ eſt ſicut ſcrabro: qui fimum equinuȝ uoluere cupit. Caro eſt pugil inimici.

Caro n[ostra] ſicͨ porc[us]

¶Interrogatus a fratre quodam quomodo poſſemus carnem a uiciis ipſius preſeruare. Reſpondit Frater Egidius. Qui uult trāſ ferre magna ſaxa uel trabes grandes: ſtudeat eas trāſferre ingenio magis quā uiribus. Et in hoc facto eſt ſimiliter procedendum. Omne uicium ledit caſtitatem. eſt eniȝ ſicut ſpeculum clarum qđ per ſolum halitum obſcuratur. Impoſſibile eſt hominem uenire ad gratiam dei dum ei placet in carnalibus delectari. Caro uult nos tradere die ac nocte: quam qui uincit omnes uicit inimicos & uenit ad omne bonum. ¶Et aliquando dicebat. Inter omnes uirtutes ego diligerem caſtitatem. Et cum quidā frater diceret. Nōne maior eſt charitas. Rñdit Frater Egidiꝰ. Et quid eſt caſtius charitate: &

frequenter canendo dicebat. O ſancta caſtitas qualis
es qualis es : tu es talis & tanta qualem & quantam
te fatui non cognoſcũt. ¶ Et cum frater peteret quid
uocaret caſtitatem. Reſpondit. caſtitatez uoco omnes
ſpiritus cuſtodire gratie dei. Et cum ſic caſtitatem cõ-
mendaret quidam ſecularis preſens dixit. Ego abſti-
neo me ab omnibus preterq̃ ab uxore mea ſufficit mi
hi ſic ſtare? Reſpondit frater Egidius. Videtur tibi ꝙ
homo nõ poſſit inebriari uino uegetis ſue? Apud Spo
letum dum eſſet : audiens uocem unius mulieris tan-
tam ſenſit tentationem : quantam nunquam fuerat
paſſus : Quam oratione uerberibus & operibus di-
uinis a ſe expulit. & ſic fuit plenarie liberatus.
Quidam frater tentatus dixit. O ſi uiderem Fratrem
Egidium: cui poſſem iſtam tentationem reuelare. Et
cum a longe eſſet nec poſſet licentiam eundi ad illum
habere: cum uice quadam ſe ſopori dediſſet : aſtitit ei
Frater egidius : ad cuius preſentiam maximam con-
ſolationem ſuſcepit. Et expoſita tentatione: Reſpon-
dit Frater egidius. Quid faceres cani ſi te morderet?
Reſpondit ille percuterem eum & ſic a me fugarem.
Sic (inq̃t Frater egidius) uade & fac ſimiliter tue ten
tationi. Et cum a fratre rogaretur ut ꝑ ſe oraret: dum
ſurgit a ſomno ſenſit ſe a tentatione liberatum. Plures
tentatos exire ab ordine retinuit: & a uariis tẽtationi-
de ſpũ ei⁹ ꝓphico.
bus liberauit. ¶ Claruit ſpiritu prophetico. ¶ Fratri
predicatori tentato de uirginitate beate Marie & eun
ti ad eum pro cõſilio. Frater egidi⁹ hoc uidens in ſpiri
tu ei occurrit & baculo ter terrã ꝑcutiẽdo dicebat. uir
go ante partum. In partu & poſt partum. & qualibet
percuſſione terre lilium oriendo fratrem a tentatione
liberauit. Sanctum Ludouicum Regem Francorum
cognouit: qui ad ipſum uidendum in habitu peregri-
no peruſium uenerat: & ei occurrens in amplexus mu
tuos ruentes : ſe ſolo ſpũ & non uerbo extrinſeco al-
loquentes: ab inuicem diſceſſerunt ſumme conſolati.
Vltima infirmitate decubans: cum Peruſini cuſtodirẽt
euz: dixit prophetãdo, dicite Peruſinis: ꝙ nec propter
miracula: nec propter canonizationem meam unquaz
pulſabuntur campane: & ſignum aliquod non dabitur
eis niſi ſignum Ione prophete. Et ſic fuit ꝙ poſt mor
tem in ſepulchro inuẽto in quodaz agro ubi erat ſcul
pta hiſtoria Ione ꝓphete eſt tumulatus. ¶ Hic ſan-
ctus poſtq̃ in actiue uite operib⁹ deuotiſſime ſe exer
de ei⁹ cõtẽplatiõe & raptu mul tiplici.
citarat: Placuit altiſſimo ad ſtatum contemplationis:
eum deducere pre aliis uiuentibus. Sexto enim a ſue
conuerſionis anno in loco de fabrione qui eſt in pla-
nitie Peruſii quadam nocte dum deuote oraret: tan-
ta fuit conſolatione & dulcedine repletus : ꝙ ſibi ui-
debatur ꝙ dominus uellet animaz eius a corpore edu
cere: & cepit ſentire qualiter corpus moriebatur: pri-
mo a pedibus & ſic conſequẽter donec anima exiuit.
Et ſtans extra corpus pre nimia pulchritudine dele-
ctabatur uidere ſemetipſam. erat enim ſubtiliſſima &
luciditiſſima ſupra extimationem: ſicut ipſe retulit pro-
pe mortem. Et tunc anima fuit rapta ad contemplan-
da ſecreta celeſtia : que nũquam uoluit reuelare. Ad
auditum ſiquidem domini uel patrie celeſtis ſtatiz co

ram omnibus rapiebatur. Vnde hoc agnoſcentes pa-
ſtores & pueri ut eum uidebant : ab aliis edocti cla-
mabant paradiſus paradiſus. Et ipſe audiens ſtatiz ra
piebatur ibidez. Et quia ſic frequẽter rapiebať a con-
ſortio hominum ſe ſubtraxit & ſtabat in cella reclu-
ſus. Fuit raptus ſemel coram quinq3 miniſtris qui ad
eum uiſitandum acceſſerant. Alia uice coram Fratre
Bonauentura miniſtro generali in horto fuit rapt⁹ per
tres horas. Coram domina Iacoba de ſeptem ſoliis:
& Fratre Gerardino petendo ſi gutta aque cadens in
mari nomẽ mari imponat. Et reſpondente Fratre Ge
rardino ꝙ non: ſed abſorbeť a mari & ſubſtãtia & no-
men : ſtatim coram omnibus fuit raptus. ¶ Dominus
papa Gregorius nonus Peruſii cuz miſiſſet pro eo &
cum ipſo loqueretur: ſtatim immobilis ſtetit oculis in
celum eleuatis. ¶ Alia uice ipſemet dominus Grego-
rius uadens ad uiſitandum eum ut poſſet loqui cum
eo: inuenit eum raptuz: & tam diu ſic ſtetit ꝙ papa ei
loqui non potuit. Inuitatus a domino papa predicto
ad prandium ut cum eo loqui ualeret: & a papa cum
gaudio receptus: quidam de aſtantibus ſuggeſſit do-
mino pape ut faceret eum cantare. Quod cum papa
hoc ei mandaſſet. Frater Egidius reſpondit. Quẽ can
tuz pater uis me cantare? & ſic pluries replicãs & cur
rens ad aliam partem palatii ponendo unum pedem
ſuper alium: raptus ſtetit uſq3 ad horam ueſpertinaz.
Et probauit dominus papa & qui cuz eo erant ꝙ nec
ſenſus nec pulſus erat in eo. cenante curia & illo ſic
permanente papa ſibi aſſiſtentibus dixit. perdidi-
mus ecce iſtum hominem: ſed in eo probemus uirtu-
tem obedientie: & tunc precipiendo per obedientiam
ꝙ ſtatiz ad eum deberet ire: mirabile dictu ſtatiz Fra
ter Egidius qui inſenſibilis uidebatur cucurrit ad pa
pam : & pedibus ſuis prouolutus dixit culpam ſuam.
Et tunc dominum papam alloquendo informauit euz
de modo in religione obſeruando. ¶ Moram faciente
eo in loco de agello comitatus Peruſii a poſt ueſpe-
ras ab hora qua cenauerat & uerba dulciſſima dixe-
rat fratribus : raptus fuit uſq3 ad galli cantum. Et
tunc ipſo a raptu ceſſante: cum pergeret uerſus cellaz
tantum lumen aduenit & ſplendor: ꝙ lumen lune fu-
it abſortum: quod uidentes fratres merito ſtabant ſtu
pefacti. Quibus ipſe dixit quid feciſſetis filii ſi maio-
ra uidiſſetis. Qui magna inquit nõ uidet: modica ma
gna credit. ¶ In prefatis uero raptibus mirabiles con
ſolationes recipiebat: quia deum uidebat & ſanctos.
Vnde in loco exiſtens de Setona iuxta cluſiuam ciui-
tatem Tuſcie: tribus diebus ante natiuitatem domi-
ni oranti apparuit dominus Ieſus Chriſtus : & ultra
de cõſolatiõnib⁹ a deo ſibi datis & appariционibus.
eius humanitatem uidit diuinitatem. Et durauit hec
apparitio non continue ſed interpolatim: uſq3 ad uigi
liam epiphanie. Qua uiſione tanta dulcedine fuit re-
pletus: ut crederet animam a corpore exire. & ſic exi-
uit aliquando ut ipſe dixit. Vnde cogebatur maximis
uocibus exclamare : non ſine terrore aliquando fra-
trũ audiẽtiũ. q̃ uiſio ut patebit ex recitatis ab ipſo Frẽ
Egidio: Fuit multũ mirabilis. Primo qa ut dicebat tali
uiſiõe ex certitudine dei & oĩum diuinoꝝ oẽm amiſit

fidem . Secundo quia Paulus neſciebat an in corpore
uel extra ſe raptum fuiſſe. Frater Egidius ſciuit. nam
extra corpus fuit: ſicut cuidaꝫ fratri reuelauit. Tertio
quia hac uiſione ut dicebat : deus maiora fecit in eo
q̃ in aliquo alio. hoc oſtendebat : locum de Scetona
ultra omnia loca ultramarina ſex exceptis quibus ip
ſuꝫ comparabat: & ultra omnia loca citramarina cõ-
mendando . Quarto quia hac uiſione ut ipſe aſſere-
bat fuit omnium chariſmatum & ſpiritus ſancti do-
nis repletus. uñ dicebat ꝙ in monte Peſulo ubi eſt di
ctꝰ locꝰ: eccleſia fieri deberet q̃ pẽtecoſtes appellaret̃.
hãc uiſionẽ habuit eo ãno quo btũs Frãciſcꝰ mortuus
eſt: decimo octauo ãno a ſua cõuerſione. Quinto hac
uiſione fctũ eſt & cõſecutũ: ut ſi qñ ſermonẽ uel uer-
bum audiret de deo uel gloria paradiſi: ſtatiꝫ rapetur.
Sexto quia Fr̃ Egidius dicebat. ſe quattuor uicibꝰ na
tuꝫ. Primo de ſua genitrice. Secũdo in baptiſmo. Ter
tio in ingreſſu ordinis. Quarto quãdo deus ſic ſibi ap
paruit . Et in hac natiuitate ut dicebat perdidit om-
nem fidem ex aperta uiſione eorum que ſunt fidei:
q̃o a diabolo uexatus eſt. & ſic ſemper fuit perfectiſſime conſolatus. ¶ Et licet
ſanctus Frater Egidius eſſet ſic uirtutibus plenus &
tantis contemplationum exceſſibus ſublimis: a diabo
lo tamẽ eſt multipl'r tribulatus. Nam habita illa uiſio
ne diuina in loco ſabrionis ut dctũ eſt : non poſt mul
tos dies dũ ſtaret ad orandũ in cella: diabolus tam ter
ribilis ei apparuit: ꝙ ipſe ꝓ timore loquelã amiſit. Sed
corde quia nõ poterat ore inuocando diuinũ auxiliuꝫ:
ſubito fuit liberatꝰ. unde poſt iterrogauit btũꝫ. F. ſi ali
quid eſt tam terribile in mundo: ꝙ homo ꝑ unum pa
ter noſter nõ poſſet ſuſtinere: & reſpondit btũs Franci
ſcus diabolus eſt . Nullus enim eum reſpiciẽdo poſſet
ſuſtinere dicendo dimidiũ pater noſter: quin ſtatim mo
reret̃: niſi diuino ſubſidio adiuuaret̃ . Et Fr̃ egidius qa
fuerat expertus credidit eſſe uerũ. ¶ In Spoleto in ec
cleſia ſancti Apolinaris: dum de nocte tempeſtiue in-
traſſet eccleſiam: & iclinatꝰ oraret: diabolus ſuper euꝫ
aſcendit & opprimebat. Qui ſurgere non ualens: tra-
xit ſe ut potuit ad uas aque benedicte: qua fide aſper
ſus: fuit a demonis moleſtia liberatus. ¶ Iuxta finem
ſue: uite ſcilicet anno quinquageſimo ſecundo ab in-
greſſu ordinis: cepit diabolus ſolito eum fortius mole
ſtare. Nam quadam nocte poſt orationem: dum uel-
let quieſcere accepit eum diabolus: & in tam arto lo-
co poſuit ut non poſſet ſe aliquo modo mouere : nec
etiam adiutus a ſocio potuit inde remoueri. Sed diui-
na gratia tandem exiuit. ¶ Alia uice eum oranteꝫ in-
tantum diabolus turbauit: ꝙ uocibus terribilibus ce-
pit clamare ſuccurrite fratres ſuccurrite: Sed frẽ Gra
tiano ſotio accedente: fuit conſortatus. Et ſic frequen
ter diabolus turbabat eum : ꝙ ſepe de ſero eundo ad
cellam dicebat . Nunc expecto martirium meum.
... eiꝰ morte. ¶ Morte propinquante Fratris egidii ſancti: acutiſſi-
ma ſebre tuſſi & dolore capitis ac pectoris fuit adeo
grauatus : ut non poſſet quieſcere dormire uel come-
dere: ſed opportebat ꝙ fratres eum ſuper lectum por
tarent : ut aliquã requiem inueniret . In uigilia ſancti
Georgii hora matutinali : cum fratres eum ſuper le-
ctum poſuiſſent : quaſi ſine tractu uel corporis motu
uiolento: clauſis oculis & ore : anima illa ſanctiſſima
carne exuta celeſtia petiit: eo uidelicet die complens
qnquaginta duobus annis. ſ. in feſto ſancti Georgii:
quo beatus Franciſcus eum habitu induerat ordinis.
Cuius animã quedam ſancta perſona uidit cum mul
tis animabus Fratrum & aliorum qui deceſſerant de
purgatorio ad celum aſcendentem : ac dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum ei obuiam occurrentem: & cuꝫ
ipſo honore maximo & melodia celorum taberna-
cula uirtuoſiſſime penetrantem. Quam in ſolio glorie
dominus collocauit. ¶ Dũ infirmaret̃ Frater egidius:
quidam frater de ordine predicatorum infirmatus eſt
in conuentu eorum: & duꝫ Frater ſanctus egidius mo
reret̃: & ipſe mortuus eſt. qui apparẽs uni Fratri ami-
co ſuo dixit ſe bene ualere: quia inquit quãdo ex hoc
mundo tranſiui: quidaꝫ Frater minor nomine egidius
deceſſit: & propter eius eximiam ſanctitatem Chri-
ſtus conceſſit ꝙ omnes anime que erant in purgato-
rio: ſecum ad paradiſum tranſirent . Cum quibus ego
in tormentis exiſtens eius meritis fui liberatus. Et his
dictis diſparuit. Frater uero cui predicta fuerant reue
lata cum dicere nollet prefata: ſtatim fuit infirmatus.
Cognoſcens auteꝫ hoc eſſe: quia ſancti fratris Egidii
gloriam & uirtutem non diuulgabat: miſſo pro fratri-
bus minoribus & predicatoribus iam dicta cum reſe
que dixit priori. Conſiderās aūt iſte quomō btūs Be-
nedictus male ſuos culpauerat: intra ſe aliquātulū co
gitās tacitus: tremebūdus rn̄dit. Dn̄e ego ſum de or-
dine pauperis huius. Tunc xp̄us uocauit pauperem
Frāciſcum dicens. Franciſce. eſt ne iſte de ordine tuo?
Et btūs Franciſcus. Dn̄e de ordine meo eſt & ex nūc
eum recipio. Et cum amplexeret eum & fortiter ad ſe
ſtringeret: iſte excitatus a ſomno & ſtupefactus uiſio
ne: maxime quia nomen Franciſci in ſōno primo au-
dierat a xp̄o: cucurrit narrare priori que uiderat. Et cū
aperuiſſet cameram eius reperit eū ſtrangulatū & to-
taliter deformatum. Et exclamans cucurrit ad ſocios.
Quos eodem exterminio reperit extinctos. Et currēs
ad frēs inuenit eos mane receſſiſſe. Nā ianitor timo
re prioris: eos eiecerat. Concitus monachus iuit nūcia
re abbati Ambidon. Et cū hec uox omnibus nuncia-
ret: & omnibus timorē incuteret: ꝑdicti frēs Oxoniā
uenerūt. Cūq regi Anglie Henrico ſe preſentaſſent:
glorioſe ſunt ab eo recepti. Quibus liberaliter locum
Oxonie cōceſſit: In tm̄ aūt fama ſanctitatis eorum &
nouitatis miraculi diffuſa eſt per angliam: ut nō ſolū
monachus ille q fuit primus. Sed ep̄s magn⁹ Erpho
dien̄ Dn̄s Rodulfus & abbas ordinē intrauerunt. Et
tam humiliter uixerūt ut aquā in baculo & barilli am
bo portarent: & lapides ad ꝑdicti loci cōſtructionē.
¶Hic fr̄ Agnellus angloꝝ pueros ad ordinē recepit:
& ſcolas humiles ſtatuens ſollicit⁹ fuit de ſtudio. De
quo aliqn̄ poſtea doluit: qn̄ uidebat qđ frēs ſtudebāt
in uanis: neceſſariis ꝑtermiſſis. Nā cum die quadam
uellet uidere qūo ꝓfeciſſent: intrauit ad diſputationē:
Et cū tumultuantes audiret querere inter ſe. Vtrū ſit
de⁹. Exclamauit. Heu mihi. heu mihi. Frēs ſimplices
celos penetrant: & litterati diſputant. utrū ſit de⁹. Et
ex tūc miſit decē libras ſterlingoꝝ ad curiā ꝓ emen
dis decretalibus: ut frēs ſtuderent in eis: friuolis pre-

termiſſis. Quodam etiaꝫ ſero dū frēs in cōpletorio ri
derent nimium diſſolute : crux lignea que ſtat ſupra
oſtium chori:fragore ſtupendo ſe uertit ad frēs: & ti-
morem maximū eis incuſſit: & plures eoꝝ mortui ſūt
in breui. ℂ Hic fr̄ Agnellus gratiſſimus per angliam
diſcurrens:plura loca fundauit. Tandē in craſtino bti
Gregorii pape deo ſpm̄ reddidit:in uita & poſt mor-
tem multis miraculis coruſcando. Sepultus eſt Oxo-
nie in capſa lignea. Cuius corpus uolentes frēs tranſ-
ferre ad ſepulchrū pulchro lapide ꝑparatum: inuene
runt eius capſam plenā liquore olei lucidi & odoris
balſami: & oſſa carne reſoluta ſupernatare ſuauiſſi-
mo oleo:ac ſi aura tenui mouereṫ. Cūqꝫ frēs minꝰ cau
te uellent oſſa eius cū capſa leuare:fundū capſe terre
adheſit. Et cū odore nimio liquor uel oleum funditur:
& oſſa ad ſepulchrum predictum cum gloria trāſpor
tantur.   ℂ Locus cantuarie.

ℂ In cantuaria. iacet i eccleſia ſc̄ti Thome magiſter
Ioānes petiā. Archiepſ Cantuarieñ. uita & miraculis
inſignis:ac ſcia ꝓclariſſimꝰ. ℂ Hūc nō ꝑmiſſerūt cano
nici imo monachi cantuarieñ aſcribi ſc̄tōꝝ cathalo-
go. quia ipſos ſic corrigebat ſicut frēs faciebat:dū eēt
anglie miniſter.   ℂ De prouincia hibernie.

N ꝓuincia Hibernie. Iacet frater Ioānes de
i Gauthſorda. iſte in uita ſua predixit diē mor
tis ſue fratribus.

ℂ Ibidem eſt frater Ioannes de Vafordia de cuſtodia
Caſſilieñ. qui magnis coruſcauit miraculis : ita ꝙ ad
eius ſepulchrū curanṫ ifirmi: occiſi reſuſcitanṫ: & mor
bi fugantur.   ℂ De uicaria Orientis.

N uicaria Orientis. In ciuitate Argenga tēpo
i re fr̄is Alexādri generalis miniſtri. Mcccxiiii.
Martirizati ſunt ꝓ fide a ſaracenis fruſtatim.
uꝫ. inciſi & mille uulneribus cōfoſſi frēs minores tres
.ſ. Fr̄ Antonius de Mediolano. Fr̄ Monaldus. & Fra-
ter Franciſcꝰ de Marchia. ℂ In ſalmaſtra perſidis. glo
rioſo martirio martirizatus ē Fr̄ Antoniꝰ: q̄ de morte
ſua ꝓphetauit & mltis miracul̄ poſt mortē claruit.

ℂ In prefata uicaria eſt paſſus martirium Frater Al-
dobrandianus de Amānatis de Florētia pro fide chri
ſti.   ℂ De uicaria aquilonari.

N uicaria Aquilonari. In ciuitate que dicitur
i Thana tēpore generalatꝰ fratris Michaelis
de Ceſena. Anno dñi. Mcccxxi. Feria quinta
ante dñicā palmaꝝ:paſſi ſunt pro fide & occiſi:q̄tuor
frēs minores. uꝫ. frater Thomas de Tolentino ꝓuin
cie Marchie. Fr̄ Iacobus de Padua. Fr̄ Petrus de Se-
nis. & fr̄ Demetrius de Teſolio uirgianus. Quoꝝ fr̄
Iacobus poſitus primo cū habitu in igne & poſtea ſi-
ne habitu atqꝫ oleo totus perunctꝰ:ut facilius arde-
ret:diuina uirtute ignis bis fuit extinctꝰ. Et quia hoc
miraculo publice facto fides Maumeth deſtruebaṫ:
iuſſi ſunt ad morteꝫ duci. Et fr̄ Iacobus uno ictu fuit
decapitatus. Fr̄ Thomas gladio in gutture immerſo
occiſus. Fr̄ Demetrius decapitatus mēbratim poſtea
eſt conciſus. Fr̄ Petrus de Senis cum tūc nō eſſet pn̄s
ſed in hoſpitio res ſociorū cuſtodiret:captus cū in cō
feſſione uere fidei immobilis permaneret: primo duo
bus diebus fortiſſime ceſus:duobus aliis diebꝰ in pa
tibulo cum chorda in gutture ſuſpenſus: ubi uiuens
ſemper populo predicabat:tandem decolatus eſt pro
xp̄i nomine.   ℂ De fratre ſtephano.

N ciuitate Sarai imperii tartaroꝝ tēpore fra
i tris Gerardi odonis generalis miniſtri. Anno
dñi. Mcccxxxiiii. uigeſimaſcda die april̄. Paſ
ſus eſt glorioſus martir. Fr̄ Stephanꝰ de ungaria. Qui
cum eſſet uigintiqnqꝫ ānoꝝ & ſacerdos & ꝓpter ab
eo in dicta ciuitate cū quadā muliere cōmiſſa:eēt car
ceri mancipatus:humiliter penitētiā ſibi iniunctā fa-
ciebat. Veꝝ ſibi diabolo apparente: & ꝙ exiret tā de
carcere q̄ de ordine ſuggerente:ac ut ad ſaracenos fu
geret & fidem negaret eū pluries impellente:ipo hec
omnia reuelante & dicente fratribus ꝙ eū bene cuſto
dirent:tandem diabolus eū a carcere eduxit: & ꝑdu-
cens ad ſaracenos abnegare fidem fecit. ℂ Hic poſtq̄
fidem negauerat die tertia diuina miſericordia reſpe-
ctus:ad ſe reuerſus penitudine ductus: miſit ꝓ fratri
bus & occulte fratri Michaeli exiſtēti in dicta ciuita-
te Sarai cōfeſſus eſt general̄r de peccatis ſuis: & ab-
ſolutus. Die aūt ſolemni cōgregatis bene decē milibꝰ
ſaracenorum:que dixerat cōtra xp̄m & fidem coram
omnibus retractauit:aſſerens fidem catholicam uerā
& ſc̄tām: & ſaracenicam peximā & iniquā. Et ꝓiicien
do ueſtimenta ſaracenica quibus erat indutus:in ha-
bitu ordinis quē nunqnā dimiſerat remāſit. Quod au
dientes ſaraceni & uidentes:cum pugnis baculis lapi
dibus percutientes:ſeminecem eū dimiſerūt : & liga-
tuꝫ fortiter:ad Cadi. i. epm̄ ipſoꝝ ꝑduxerūt. Vbi dum
in confeſſione uere fidei immobilis ꝑſiſteret:flagellis
de corio arena plenis uſqꝫ ad morteꝫ iuſſit eū torque
ri: Poſt hec in carcere fecit eū poni. Et mādauit qꝺ ni
hil dareṫ ei ad manducandū nec bibendū. & de nocte
fecit eū ſuſpendi per manuꝫ dextrā & ꝑ pedē dextrū:
& in manu ſiniſtra lapidem magnū appendi: ut unum
lapidem in ſiniſtro pede: & aliuꝫ in medio corpore: ut
tali pondere totus diſtraheret̄ & deficeret: & ſic ſtetit
ꝑ totam noctem illā & diem ſequentē uſqꝫ ad noctē:
que omnia uirtute xp̄i tolerauit cōfortatus. ℂ Sꝫ Ca
di cum uideret eū in fide firmuꝫ:fecit eum ſuſpendi ꝑ
ambas manus: & ſaxum magnū ligari ad pedes ſuos
ut totus diuideret̄. & adeo fuit pōdus magnū ut bra
chium eius extra totū humeꝝ eſſet poſitū. & corpus
totum eſſet fractū. Ad quem Cadi accedens & uidēs
ꝙ eum a ſua fide nō poſſet remouere:fecit eū ſuſpēdi
ꝑ gulam. Primo tn̄ crudeliſſime flagellatū: & ut fumo
ſuffocaret̄ cito ad pedes eius ignis magnus factus ē.
Et carcereꝫ claudens abſceſſit. Sed carcere diuino lu
mine radiato:a laqueo eſt depoſitus: & uiſus ē a dua
bus mulieribus in carcere reſpiciētibus:inter duas co
lūbas albiſſimas flexis genibus orare. Sed tanto mi-
raculo Cadi ad credendum xp̄o minime incitatus:ſe-
quenti nocte fecit unam magnā fornacem incendi: &
intus eum ꝓiici & claudi. Et ſic ſtetit per totaꝫ noctē
in ea icolumis:in nullo leſus ab igne. Mane aūt uiuēs
repertus eſt orans & ſudans ac ſi de balneo exiret. Sꝫ
a fornace eum extrahētes:ubi hoīes decolabanṫ du-

xerunt eum. Deinde ad eum fractis hoſtiis carceris: ſaraceni furibunde accedentes: ipſumq3 fortiſſimū eer-nentes in fide: cum ſecuri unus eū percuſſit in collo: & ſcidit eum uſq3 ad mediū. Alius uero pcuſſit eū in uē-tre ſic q uiſcera appareret. Et cū ſic eēt atrociter uul neratus: ipm ad caudam equi ligauerūt. Sed deo mar tiri ſuo uires ipendēte: equū ſemp ipſe preceſſit: Poſt hoc ipm piiciunt in domū lignis plenā & igne: prius tñ eius auricula amputata & in igne piecta: que ſta-tim de igne exiliuit: In domo predicta poſitus dum ſe uellet ſignare: manus ligate ſolute ſunt. Ignem ingre-diens ſtatim fuit extinctus. Quod uidētes ſaraceni eū magnis lapidib⁹ lapidarunt. Et facto iterato igne de calamis: cum adipe equi ligatum in ipm eū piecerūt. Qui dum ſignū crucis uellet imprimere: man⁹ ſūt diſ-ſolute: & de igne illeſus exiuit. Quod cernētes ſarace ni ſuper eum irruentes: cū lapidibus ſecuribus & gla diis ita eum percuſſerūt: qđ nulla pars corporis remā ſit intacta. Et ſic ſpūm deo reddidit. Et plura miracu la per eum deus fecit poſt mortem & facit.

¶De uicaria Catai ſiue tartarie.

In uicaria Catai ſiue Tartarie. In ciuitate Armalech que ē in medio Tartarie imperio. Anno dñi. Mcccxl. paſſi ſūt p fide frēs mino res. s. Fr Ricardus eps Armalech. Fr Franciſc⁹ de Ale xandria. Fr Paſchalis de Hiſpania. et fr Raimundus de prouincia. Hi oēs ſacerdotes. Fr Laurētius de Ale xandria. et fr Petrus de puincia laici. et magiſter Ioā-nes niger corpore de India de tertio ordine bti Fran-ciſci: conuerſus ad fidem per frēs noſtros. ¶Hi omnes dum eſſent in dicto imperio & ab imperatore qui tūc erat: quē fr Frāciſcus de Alexandria a cancro liberaue rat: oſone potiuſquā medicamine: et iſta de cā impera tor frēm ipm ſuum uocabat pſem & medicū: optime tractarent: utpote datis terris & priuilegiis & aucto ritate predicandi: ac filio ſuo ipſis fratrib⁹ dato ut ab eiſdem baptizaret: qui ſeptēnis tūc erat: uocato Ioā-ne: deo permittente ipſe impator dñi iret uenatū unte-rit ueneno: & filii eius quatuor occiſi ſunt. ¶Cui⁹ im perium ſumpſit quidā peximus Falcherius ſaracenus de ſanguine imperiali nomine Aliſolda. Et quia frēs predicatione ſua multos conuerterant ad fidem: mā-dauit hic iperator ut trino pcepto facto omnes xpia ni ſaraceni efficerent. Et qui nō obedirent occiderent. Propter qđ cum frēs pdicti ſuo mandato parere nol lent: ligatis manibus ante: & oēs ad unū funē3: a po pulis furentibus percuſſionibus ſputis gladiorum pun-cturis inciſionibus naſi auricularum & aliorum mēbrorū: demū gladiis trucidati feliciter migrauerūt ad dñm. ¶Dictus aūt imperator poſt modicū tēpus interfe-ctus eſt: & domus eius igne cōbuſta. Paſſi ſunt autē3 predicti fratres. anno prefato circa feſtum beati Ioan nis baptiſte tēpore generalatus fratris Gerardi Odo nis.

¶De uicaria Ruſſie.

In uicaria Ruſſie. In Liuonia boemie puin-cie. In terra que uocat Vulna ubi ſunt homi-nes idolatre arbores adorātes. Interfecti ſūt quinq3 frēs minores. Guardianus amputatis manib⁹ & pedibus: & parte capitis poſitus eſt in nauicula ſi-ne gubernatiōe in fluuio: qui diuino nutu per ducenta miliaria alamanica per dictū fluuium uenit ad terram cruciferorum uiuus: & ibidem tandē expirauit. Alii ue-ro frēs gladiis ſunt pdicatiōe fidei occiſi. ¶In cereth Valachie minoris a dictis infidelibus circa ānū domi ni. Mccclxxviii. duo fratres ſunt martirio coronati.

¶De uicaria boſne.

In uicaria Boſne. In regno bulgarorum ciuita-te que dicitur Bidiniu3. Paſſi ſunt fr Andreas ungarus ſacerdos. Fr Gregorius de Iadra ſa cerdos. fr Nicola⁹ de Marchia. Frater Benedictus de regno Apulie. Et fr Thomas laic⁹ de fulgineo a ca-logeris grecis. Cum. n. ad petitionē regis ungarie Lu-douici: ad reducendum ad fidem ueram bulgaros il-luc acceſſiſſent. & fructū maximū ibidem facerent: & hoc diſpliceret callogeris grecis: capto Bidinio p bul garos: Fratres prefati per fruſta concilii: martirium cō pleuerunt.

¶De fratre Electo martire.

¶Beati Franciſci tēpore fr Electus laicus paſſus eſt martiriū: ſed ubi nō reperi: qui anteq̄ martiriū accipet accepta regula in manu dixit deo culpa3 ſuā de omni offenſione quā cōtra regulā ipſam aliqn̄ feciſſet.

¶Ex ſupradictis ergo apparet primū q erat declarā dum. ū3. q ordo minorum eſt ſingulariſſimus ſanctita-te. Nam ut p3 ex ſupioribus ultra trecentos frēs ha-buit hic ordo: p quos deus ſigna eſt opatus & mira-cula. Et ultra. lxxxv. ſunt martirio coronati: ſi diligen ter ſupiora diſcutiant. Et ſic tam cōfeſſoribus ſanctis frībus q̄ martiribus declarat huius ordinis ſanctitas & celſitudo. Et ſic p3 primū qđ erat declarādū.

¶Scda pars principalis h⁹ ſcde partis fruct⁹ octaui

Secundo hic ordo p alios ordinibus inſtitu tis eſt ſingulariſſimus ſcientie luciditate. Habuit enim hic ordo frēs ſciētia ſingu-lares. In omni enim ſciētia tā diuina q̄ hu mana: fuerunt in hoc doctores excellentiſſimi. Si lo-qmur de ſciētia diuina quo ad ſacrā ſcripturā & theo logia3. Hic ordo habuit plures qui ſcripſerūt in ſacra ſcriptura eam exponēdo & poſtillando: ac libros ſen-tentiarum quo ad dubia declarando.

Frater. n. Alexāder de ales. Natione anglic⁹: qui magno tēpore Pariſius legit: fecit ſūma3 maximā in theologia: in q̄tuor partes diuidē do. Et quia primus ſcripſit: miru3 eſt in ipſa ſūma non ſolum de pfunditate & magnitudine ſue ſcientie: ſed de inuentione tot dubiorum & titulorum queſtionu3. pter qđ fons uite Pariſius eſt uocatus. Hic ēt magi ſter quaſi totā ſacra3 ſcripturā poſtillauit & expoſuit. Opus eius in theologia approbatū eſt bulla dñi Ale xandri q̄rti & ſexaginta magiſtrorum Pariſieñ.

¶Frater fctūs Bonauētura de balneo regio q poſtea fuit Cardinalis prim⁹ ordinis & eps Albaneñ. ſcripſit luculenter ſup q̄tuor libros ſniarum. Poſtillauit excellen ter Euangeliū beati Luce. Scripſit apologiā paupenum. Librū de opibus ſex dierum. Librū de contemplatione. Librū de ſex alis ſeraphin. Regulā nouitiorum. Legēdā bti Frāciſci: maiorē & minorē ipſe cōpoſuit: Et multa

alia. Quib⁹ ſua doctrina q̃ lata fuerit & alta apparet.

¶ Frater Ioãnes Gualeñ. de Anglia doctor Pariſieñ. qui Pariſius Arbor uite inſcribitur: compoſuit plures poſtillas & ſpecialiter ſupra Apocalipſim: ac ſummaꝫ pulcherrimam cum. xviii. tractatibus de diuerſis compoſuit: que omnibus uolẽtibus predicare & ſcire que decet fieri utiliſſima ẽ: exẽplis pulcherrimis & auctoritatibus philoſophoꝝ & ſanctorum comprobata.

¶ Fr̃ Ioãnes Guarro Anglic⁹ magiſter Scoti: ſcripſit ſuper libros ſententiarum & plura alia fecit.

¶ Frater Gulielmus delamara ſcripſit ſuper ſñias ad opus dñi fratris Bonauẽture multa ſuperaddendo: & multa quodlibeta faciendo. Ac contra frattem Thomam de Aquino correctorium componendo. In quibus ꝙ magne fuerit ſufficientie declaratur

¶ Frater Ioãnes de Rupella ſcripſit ſuper ſñias: & famoſiſſimus fuit doctor ſuo tempore.

¶ Frater Rigaldus q fuit poſtea Archiepũs Remẽſis: Magr̃ magnus fuit in theologia: & ſcripſit luculenter. Et tam uita q̃ ſcientia fuit orbi clarus.

¶ Frater Ioãnes Scotus q doctor ſubtilis nũcupatur. Hic primo in Anglia Oxonie ſñias legit. Deide in ſtudio Pariſienſi: ubi doctor factus famoſiſſimus eſt & fuit. Hic in theologia ſcripſit luculenter. Et precipue ſuper quartum librum quem ipſe ordinauit. Quodlibet etiam fecit. Tractatus plures edidit. Queſtiones ſuper libros metaphyſice fecit. Et ſuper ſcripturam ſacram poſtillas ordinauit.

¶ Frater Robertus de baſſia. Hic magnus magiſter fuit in ſacra pagina: & ſuper ſñias ſcripſit. Ac cum magiſtris Alexãdro de ales. Rigaldo. Ioãne de Rupella: regulã declaratã fri ſimoni generali miſtro trãſmiſit.

¶ Frater Aimo Anglicus fuit. Hic ob ſufficientiam & uitam in generalem ordinis Electus: de mandato domini Alexandri quarti. Breuiarium eccleſie correxit & rubricauit.

¶ Frater Arlotus de Prato magiſter fuit: ac ordis generalis: q iter alia opera: concordantias dr̃ Edidiſſe.

¶ Frater Ioannes de Parma. qui fuit ordinis generalis miniſter: & nũc magnis ubi iacet in Camerino coruſcat miraculis: in theologia & ſuper ſententias & ſuper bibliam ſcripſit: & plura deuota compoſuit. uidelicet officium paſſionis. ſ. Regem Chriſtum crucifixũ. Et de beneficiis creatoris.

¶ Frater Ieronimus de Eſculo fuit in theologia p̃clarus: generalis ordis: deide Cardinalis & demuꝫ ſummus pontifex. uocatus Nicolaus quartus. Hic etiã ſuper ſñias: & in ſcriptura ſacra nõnulla ſcripſit.

¶ Frater Iacob⁹ de Eſculo in ſacra theologia tempore ſuo fuit ſingularis.

¶ Frater Alexander de Alexandria: qui fuit ordis generalis miniſter: magiſter fuit i theologia: ſcripſit ſup ſñias: fecit plures notabiles poſtillas: & ſuper metaphyſicã & libros de anima nemo ſcripſit melius eo.

¶ Frater Gualterius epiſcopus pictauieñ. magr̃ magnus fuit & ſanctus homo. Hic opus pulchruꝫ ſuper ſñias edidit: & quolibeta plura. Scripſit etiam in ſacra ſcriptura. Et ad petitionẽ dñi Alexandri q̃rti opus ſermonũ ad ſtatus cõpoſuit: quos ideꝫ papa approbauit.

¶ Sanctus Frater Antonius & ſi gradum Magiſterii non habuit: fuit tamen lector Bononie Tholoſe Padue: & a papa & Cardinalibus archa ſacre ſcripture uocatus: fecit ſermões ſubtiliſſimos: ac miraculis glorioſus canonizatus ab eccleſia.

¶ Frater Ioannes de muro generalis ordis fuit: & cardinalis portueñ epũs. doctor fuit in theologia: q operibus ſcie & uita ad predicta fuit aſſumptus.

¶ Frater Matteus de aquaſparta doctor fuit in theologia. multa tam ſuper ſñias q̃ ſcripturam edidit: & luculentos ſermones compoſuit. Ac demũ generalis ordinis: Et demum epiſcopus Cardinalis.

¶ Frater Gentilis de monte Flore: fuit in theologia excellens magiſter: qui ob probitateꝫ ſcie & opuſculorum: Cardinalis factus eſt eccleſie Romane.

¶ Frater Beltrandus de turri fuit ſacre theologie magiſter. Sancte eccleſie Cardinalis: qui p̃mo in theologia. Deide oia euãgelia & epĺas que per anni circulũ in eccleſia leguntur: tam in ferialibus q̃ in dominicalibus & feſtiuis diebus poſtillauit. Collatiões & ſermones de eiſdem compoſuit: & multa alia fecit.

¶ Frater Vitalis de Furno doctor in theologia multa opera fecit: & ſua ſcientia ad Apicem Cardinalatus fuit aſſumptus.

¶ Frater Helias de Hanibalis fuit magiſter clarus in theologia poſtillam: excepto opere ſuper ſententias: ſuper Apoca. ſcripſit pulchram.

¶ Frater Petrus Aureoli facũdus in theologia magr̃. in theologica facultate ſcripſit plura: & bene compẽdiuꝫ ſacre ſcripture edidit: & poſtillas: ac tractatus & ſpãliter de uirgis conceptione duos edidit.

¶ Fr̃ Paſtor ꝓuicialis magr̃ Pariſieñ. ualẽs: ſcripſit ẽt plura & demum Cardinalis eſt factus.

¶ Fr̃ Frãciſcus de Marchia noiatiſſimus in theologia magr̃. i facultate theologica luculenter deprompſit: & mĺtos tractat⁹ ac qõnes i theologia ac phia ꝯpoſuit.

¶ Fr̃ Gulielmus Farinerii ordis gñalis magr̃ fuit. ſcripſit in theologia & philoſophia: & Cardinalis fuit.

¶ Fr̃ Landulfus de Neapoli ornate multum & ſubtiliter plura addendo Scotum declarauit. Hic ſermonibus & poſtillis editis clarus habetur.

¶ Fr̃ Petrus de Aqla doctor ut p̃fatus Landulfus. in theologia opus quod Scotelluꝫ dr̃ edidit: ac aliam lecturam ſup ſententias pegit multum pulchram.

¶ Fr̃ Ricardus de Media uilla. magr̃ fuit: ſcripſit ſup ſñias multũ utilr̃ & poſtillas cuꝫ aliis pluribus fecit.

¶ Fr̃ Gonſaluus de ꝓuicia ſcti Iacobi p̃clarus fuit in theologia doctor. Hic tam in theologica facultate q̃ ſup ſcripturã plura geſſit. & gñalis fuit ordis.

¶ Fr̃ Gerardus Odonis in oi facultate ſufficiẽs. Magiſter i theologia fuit eximius. Qui tam ſup bibliam libros ſententiaꝝ: ethicoꝝ q̃ logice ſcripſit accepte. Ac ſtigmatum officium ipſe digeſſit: & generalis fuit ordinis inſignis.

¶ Fr̃ Fortonerius uaſalli doctor in theologia facundus uerbo & ope i theologia & ſup ſcripturam ac libros de ciuitate dei pulchra nõnulla pegit. & gñalis

ordinis fuit: & poſt modum Cardinalis.

¶Frater Michael de Ceſena ordis gñalis: magr̄ fuit in theologia. Scripſit ſuper Ezechielem & ſententias ac alia opera digeſſit.

¶Frater Franciſcus Maironis doctor iſignis in theologia apte ſcripſit in eadem: & poſtillas cum ſermonibus ſcientia copioſis reliquit.

¶Frater Petrus Ioannis. Hic bachalarius formatus Pariſius. Qui opera preclara ſuper ſentẽtias ac ſuper totam ſacram ſcripturam faciendo: & alia mundo ſui famam perer nem dimiſit.

¶Frater Guielmus Ochã Bacalari⁹ formatus Oxonie. Primo logicam pulcherrimã. Secũdo ſuper phiaꝫ. Tertio in theologia. Quarto quẽdaꝫ dialogũ. Et quedaꝫ ſcripta in logica & philoſophia ac quoſdã tractatus de corpore xp̄i edẽdo: cũ aliis notus ẽ toti orbi.

¶Frater Rodulfus Rodimpton. in ſacra pagina magiſter plura ſcriptitãdo in theologia & biblia. Laudabile nomen tenet inter doctores.

¶Frater Rogerius Bachon in omni facultate doctiſſimus. in eiſdem ſcribendo. mirabilis apparet ſcientiarum diuerſitate imbutus.

¶Frater Rodulfus Erphodieñ. Epiſcopus cum alio Fratre Rodulfo magiſtri in ſacra pagina. orbi ſcientia perlucentes: ordinem igrediendo: ſcientia & uita Anglicos imbuerunt.

¶Frater Gulielmus Almoith. Frater Gualterius Cepton. Frater Robertus Eliphat. Frater Adam eodam cum pluribus Anglie magiſtris: De quibus foret longum narrare: opera in ſacra pagina condẽtes: in orbe clara eorum memoria patet.

¶Frater Pontius Carbonelli Sancti Ludouici ordis minorum magiſter & doctor ſcribendo ſuper totaꝫ ſacram ſcripturam: orbi nõ ſolum ſanctitatis & uite: ſed etiam ſcientie exemplar reliquit.

¶Frater Nicolaus de Lira p̄mus in theologia uenerandus doctor: ſcribẽdo denum cõtra iudeos & totã poſtillãdo ſcripturã diuinã: celeber habetur in orbe.

¶Frater Iacobus de Spinello in theologia iclitus doctor componendo ſuper ſñias opus & bibliam: Pariſius fuit excellens & ſingularis.

¶Frater Aſcenſius doctor in theologia ſcribendo ſuper Apoca. & ſñias ac faciendo ſermones auditu placabiles: nõ paruum iter doctores nomen habet.

¶Frater Ioannes de Ripa prouĩcie marchie. doctor in theologia nominatiſſim⁹ p̄clariſſime in theologica facultate diſſerendo: in ſecula erit eius memoria.

¶Frater Gẽtilis de cingulo & ſi caruerit magiſterio: tranſferendo de greco in latinum: Ioannem climacuꝫ: dialogum Macharii: & quendam librum Ioãnis Chriſoſtomi: apud doctos & Chriſti amicos in memoriale erit peremne.

¶Frater Aſteſanus de Aſt ſummam condendo preclaram: tam in theologia q̄ in legibus & decretalibus: fecit ſe mundo notum.

¶Frater Ioannes Saxo ſummam utriuſqꝫ iuris uidelicet canonici & ciuilis faciendo: ſe expertiſſimum in talibus docuit euidenter.

¶Frater Frãciſcus de ſancto Simone de Piſis. dictus de empoliꝫ ſuis determinationibus Oxonie factis: ſe fuiſſe magiſtrum theologice ſciẽtie preclare oſtendit.

¶Plures fuerunt alii & ſunt in theologia magiſtri in p̄uinciis Anglie Frãcie Aquitanie & aliis ordis p̄uinciis: qui operibus ſuper ſñias & in aliis facultatibus a ſe conditis: hunc ordinem reddiderunt & faciunt ſcientie luciditate ſingulariſſimum.

¶Fuerũt etiã & alii fratres q diuerſa opuſcula ediderunt cum p̄fatis magr̄is. Et ut ſuccincte efferã: dimittẽdo facultatẽ theologicã hoc eſt librũ ſñiaruꝫ. Si loquamur de ſacra ſcriptura & de fratribus qui ipſam totã poſtilauerũt hi ſunt. uidelicet magiſter Alexander de Ales. Magiſter Nicolaus de Lira. Non magiſtri. Frater Pontius Carbonelli: & Frater Petrus Ioannis.

¶Fuerũt etiã & alii frẽs qui ſup diuerſos libros ſcripture ſcripſerũt: & ſi nõ ſuper totaꝫ bibliã. ut de pluribus iam dc̄m eſt. Et alios breuitatis cauſa omitto. Si loquamur de ſummis & ſermonibus pro inſtructione populi & ualentium. Magiſter Ioannes Gualleñ. ſummam optimam edidit. Dominus Beltrandus Cardinalis omnes epiſtolas & euangelia anni poſtillauit. Frater Philippus de monte Calerio poſtillam ſuper euãgelia dñicalia edidit & q̄drageſimalia. Magiſter gualterius ſermones ad omnem ſtatum diſpoſuit. Sanctus Antoni⁹ noſter feſtiuos ſermones & dominicales compoſuit. Frater Lucas eius diſcipulus dominicales ſermones edidit. Et multi alii fratres ad predicandum diuerſas poſtillas & ſermones ac tractatus qui numerari non poſſent compegerunt. Summam de uitiis Frater Ioannes Gualleñ. ut dictum eſt. De uitiis & uirtutibus luculentam ſummaꝫ edidit. Frater Seruaſancti de Tuſcie prouincia: ac de penitẽtia & de eius trib⁹ partibus. Quidã alius noſtri ordinis frater edidit ſummam de uirtutibus que iungitur cuꝫ ſumma de uitiis: qua hodie communiter utuntur. Tractatum meditationis ſuper euangelia fecit Frater Ioannes de Caulibus de ſancto Geminiano. Tractatum tranſſ̄ge quidam lector Mediolani. Tractatum deuotum de triplici uia ſapientie Frater Hugo de prouincia. Tractatum de ſex alis Seraphin. Tractatumqꝫ de contemplatione. ſ. Frater Bonauentura de balneo regio. Sunt & alii tractatus deuotiſſimi editi per alios fratres ordinis: de quibus breuitatis cauſa ſilentio pertrãſeo. Si homo uult uidere ſummas in legibus & decretalib⁹. Frater Monald⁹ ordie Alphabeti fecit unã. Summã utriuſqꝫ iuris Frater Ioannes Saxo. Summã copioſam de preceptis uirtutibus de contractibus de ſacramẽtis & de multis aliis Frater Aſteſanus de Aſt. Summam pulchram & magnam de caſibus conſcientie Frater Durandus. Directoriuꝫ iuris opus magnũ Frater Ioannes de Anglia. Summam Ioaninam fecit Frater Ioannes lector. & multa alia ſunt facta in decretalibus & legibus anime utilitatem concernẽtia. Si de aliis ſcientiis: ſcilꝫ logica phyſica metaphyſica habes fratrẽ Gulielmuꝫ Ochã qui logicam edidit: & partem phie: & fecit ſcripta in prefatis ſcientiis. Frater Gerardus Odonis fecit logicam. Sic & quidam

alius Frater Bernardus de Burgundia fecit aliam.Fra
ter Alexander de Alexandria ſcripſit plura in phĩa.In
phĩa morali Ff Gerardus p̄ſatus ſcripſit Luculenter.
ſi in oibꝰ ſciẽtiis hẽs frẽm Robertũ Bachon Anglicũ:
q in oibꝰ ſciẽtiis tractatꝰ pulcherrimos fecit.Quibus
& aliis poſſibilibus adduci: comprobaꝛ merito ꝙ iſte
ordo tã rõne doctoꝝ noiatoꝝ:q̃ ex cauſa omiſſoꝝ ac
alioꝝ multoꝝ frũm Valẽtiũ: q ſcia fuerũt mirabiliter
p̄diti & iſignes:eſt ſingulariſſimus ſcie luciditate.que
erat ſecũda ↄditio qua ordo minoꝝ iter alios extolle
baꝛ.Quapropter ſicut in p̄ma ↄditõe huiꝰ ordis q̃ fuit
ſingularis ſcitatis q̃ ipſe iſigniebaꝛ & decorabaꝛ: pote
rat dici uerbuꝫ apoſtoli Eph̃.iiii.uꝫ. ꝙ deus. Aliquos
huiꝰ ordis frẽs dedit aplõs ut patuit in.b.Frãciſco &
aliis ſociis ſuis p̄mis.Quoſdã aũt pphẽas ſicut in mul
tis fribus ſupra eſt oñſum. Alios uero euãgeliſtas: qa
nõnulli fuerũt egregii uerbi dei p̄dicatores. Alios aũt
paſtores & doctores:qa plures fuerunt p̄lati maximi
& magñi p̄elati. Sic rõne huiꝰ ſecũde ↄditiõis.uꝫ. ſcie
& doctrine quo ipſe ordo dignificaꝛ:põt dicere ratiõe
magroꝝ : & in diuerſis facultatibꝰ doctoꝝ.illud ſap.
vii.dedit mihi.uꝫ. quo ad mẽbra oium ſciam que ſunt
uerã:ut ſciã diſpõnẽ Orbis terrarũ &c̃.uſqꝫ ibi.Oium
.n.artifex docuit me ſapia Hic.n.ordo quo ad ſua mẽ
bra repletus eſt quaſi flumẽ ſapientia: & terrã retexit.
Ad iſulas lõge diuulgatũ eſt nomẽ tuũ: & dilectus es
in pace tua.In cantilenis & in prouerbiis & in cõpara
tiõibꝰ & iterpretatiõibꝰ mirate ſunt terre: & in nomie
dei cui cognomen eſt Iſrael Eccleſiaſtici.xlvii. Quare
non imerito in dño ordo honoratur & honorabiꝛ . In
medio populi gloriabiꝛ. Et i eccleſiis altiſſimi aperiet
os ſuum. In medio populi exaltabiꝛ.Et in multitudi-
ne electoꝝ hẽbit laudẽ.Et iter bñdictos bñdiceꝛ. Et
rõ quia iquit hic ordo q̃ſi doctrinã añ Lucanũ illumi
no oĩbus.Et enarrabo illã uſqꝫ in lõgiquũ.Penetrabo
oẽs iferiores partes terre & iſpiciã oẽs dormiẽtes . Et
illumiabo oẽs ſperãtes in dño.Doctrinã q̃ſi pphetiaꝫ
effundã & reliquã illã querẽtibꝰ ſapiam: & nõ deſinaꝫ
in pgenies illoꝝ uſqꝫ in euũ ſcm̃.Ecci.xxiiii. Sic ergo
p̄dictis pꝫ ſecundum qd̃ erat declarandum.

❡ Tertia pars pncipalis hꝰ ſc̃de partis fructꝰ octaui.

t   Ertio ñ ordo dicebaꝛ excellentiſſimus pre
aliis ex nobilitate:qa in ordie iſto fuerunt
pſone iſigniſſime tã dignitate eccleſiaſtica
q̃ ſeculari. ubi eſt aduertẽdũ ꝙ ſicut non-
nulli de dignitate eccleſiaſtica ordinẽ itrãtes: eũ deco
rarũt: ſic de iſto ordine ad eccleſie p̄laturas aſſumpti:
ipm nobilitãt & decorãt. Sed uidẽdũ eſt p̄mo q fuerũt
illi q magni in eccleſia hũc ordinẽ itrarũt. Secũdo qui
fuerũt de hoc ordine aſſumpti: & ſubuecti ad eccleſie
dignitates.Quantũ ad p̄mũ de ordine ſupremo.ſ.ſum
mi pontificatus & papatus.

❡ Primus q habitũ iduit ordis & pluries detulit fuit
dñs Gregoriꝰ nonꝰ.Hic fuit p̄mus nr̃i ordis ptector.
Vocatꝰ dñs Vgo ſiue ugolinꝰ ep̃s Hoſtieñ.q ſingula
riſſime btm̃ Frãciſcũ dilexit & ordinẽ. ❡ Cui.b. Frãci
ſcus pphẽauit ipꝫ futuꝝ ſũmũ põtificẽ: & ſemp eideꝫ
ſcribebat añ ſublimationẽ ad põtificatũ ſic. Venerabi
li in xp̃o pr̃i totiꝰ mũdi &c̃. Inſtitutꝰ fuit iſte ptector
ordis per dñm Honoriũ tertiũ petẽte ipſo.b. Frãciſco
ipm ab eodẽ.Factus uero ptector:ſemp ordinẽ pte-
xit contra p̄latos: & alios in pricipio ↄtra ordinẽ iſur-
gẽtes: & ordineꝫ quãtum ualuit pmouit & exaltauit.
❡ Iſte eſt ille q iterfuit caplõ gñali Aſſiſii celebrato:
ubi fuerũt ultra qnqꝫ milia frũm:ubi & miſſam cele-
brauit: & fribus p̄dicauit. ❡ Hic eſt dñs Hoſtieñ.cui
iterrogãti ſi.b.Frãciſco placebat ut frẽs ad dignitates
eccleſiaſticas promouerenꝛ.R̃ndit ꝙ nõ. ut diceꝛ ifra
fructu & ↄformitate.xvii. ❡ In hꝰ mẽſa.b. Frãciſcus
iuitatꝰ ab eo ad prãdiũ:fruſta portauit elemoſine:quã
hoſtiati mẽdicauerat.Et cuilibet exñti i mẽſa unũ bo
lũ ſctũs Frãciſcus tranſmiſit. Redargutꝰ ab eo q̃re p
elemoſina ierat comeſturus cũ eo : R̃ndit ꝙ ipm mul
tũ honorauerat: utpote xp̃m dñm maiorẽ honorãdo.
Semel cũ ñ intraſſet dormitoriũ frũm: & uidiſſet qũo
dormiebant plorauit fortiſſime: ſe & ſuos aſſerens di
gnos iferni cruciatibus : qa nullã penitẽtiã exercebãt.
Ad apoſtolicũ apicẽ ſublimatꝰ.b. Frãciſcum catalogo
ſctõꝝ aſcripſit: Aſſiſii ipſo p̄ſẽtialr̃ cũ tota romana cu
ria exñte:Primũ lapidem eccleſie de Aſſiſio poſuit: ac
ipſam eccleſiã a cuiuſcũqꝫ iuriſdictiõe excepta ſummi
põtificis exemit: & multa iocalia eideꝫ eccleſie dedit.
❡ Hic põtifex glorioſus ob deuotõeꝫ p̄cipuã ad btm̃
Frãciſcũ & ordinẽ:i die cene dñi habitũ ordis aſſume
bat: & cũ ipſo faciebat mãdatũ:lauãdo pedes frũm &
paupeꝝ:ac habitũ p totã diẽ illã & ſequẽtẽ.ſ.ueneris
ſci gerebat. Inſup uiſitãdo ſanctuaria urbis cũ fribus
habitũ ordis ibat idutus ſemp:put teſtaꝛ frater Phi-
lippus de Peruſio:q hoc uidit i lr̃a de ptectoribꝰ dire
ctã fri Gonſaluo ordis nr̃i generali miſtro.

❡ Secũdꝰ q habitũ iduit ordis de ſummis põtificibꝰ
fuit papa Martinꝰ. q in morte aſſumẽdo habitũ ordi
nis: cũ ipſo uoluit ſepeliri: & ſe humãdũ i eccleſia bti
Frãciſci Aſſiſii ob ipiꝰ deuotõeꝫ dimiſit. ❡ Et tẽpore
quo eccleſia regebat Peruſiũ:cũ eccleſia ſcti Laurẽtii
ubi eſt ſepultus aliqualr̃ truncaretur: & conſequenter
eius ſepultura deſtrueretur:corpus ipſius inuentuꝫ eſt
iptactum habitũ ordinis idutum. prout qui uiderunt
atteſtati ſunt. Iſti igitur duo ſummi pontifices nõ ſunt
dedignati eẽ filii.b.Frãciſci ipiꝰ habitũ aſſumẽdo.

E ordie Cardinalatus & ſi multi deuotiſſimi
d   fuerunt ordis & beati Franciſci: precipue ta-
men fuit uicedominus Placentinus. Qui cuꝫ
eſſet clericus ſecularis Cardinalis & epiſcopus prene
ſtinus: de licentia domini Gregorii noni ipſo perma-
nente Cardinali: habitum ordinis aſſumpſit tenuit: &
cum ipſo mortuus iacet in eccleſia noſtra Viterbii.

E ordine ep̃atus dñs Rodulfus in Theolo-
d   gia magr̃ ep̃s Erfodieñ: uiſa uiſione de xp̃o
iudicãte orbẽ: Et ꝙ ſub alis ipſius iudicis ſta
bat Frãciſcus cum ſuis: ſibiqꝫ fuiſſet dictũ ꝙ ſi uellet
ſaluari deberet effici Ff minor:ut poſſet ſtare ſub alis
iudicis: & ẽt audito miraculo de monachis diuino iu-
dicio iudicatis:q fratrẽ Agnellũ de Piſis Anglie mini-
ſtrum cũ ſuis noluerãt recipere.Annuẽte papa Grego
rio nono abrenuncians epiſcopatui & omnibus . Fa-

ctus eſt frater minor humilis & deuotus.

d E ordine uero Abbatiaꝰ abbas de Ambidon in Anglia abbatia dimiſſa : factus eſt Fr̄ minor. ¶Fr̄ Stephanus inq̄ſitor Tholoſanꝰ & martir cū eēt Abbas magnꝰ in partibꝰ Guaſcōie:ſpreta Abbatia factus eſt Fr̄ minor. ¶In ciuitate Anthiochie abbas qdā cū monachis oibus:traditis p̄triarche poſſeſſiōibus:ſed locuꝫ retinētes factus eſt Fr̄ minor. De his & aliis fructu ſequēti & cōformitate dicetur. ¶Multi alii p̄bēdati pinguiſſime: cuncta dimittētes: ſub habitu Franciſci dn̄o adheſerūt: ut infra dicetur. ¶Quia ergo tales fuerūt & multi: & ſi nō oēs poſuerim:cū fuerit tā ſcia & generis nobilitate q̄ eccleſiaſticis promotōibus p̄cipui: & hūc ordinē itrauerūt:eū incūctanter inſignierūt & notabilem reddiderūt.

f Ed nō minus frēs aſſumpti de hoc ordine ad apices eccleſie ſupremos & medios eum ſpectabilem reddūt orbi. ¶Ad ſtatū apoſtolicū. Et ſi duo p̄fati uidelꝫ papa Gregorius nonus & papa Martinꝰ ut eſt p̄dictū poſſint dici ſummi pōtifices fratres minores:tn̄ nō ſunt de ordine imediate aſſūptie & p̄ſules Romani effecti. Sed de ordine aſſumptus fuit Fr̄ Ieronimus de Eſculo:q primo generalis ordis: deinde Cardinalis Rōmāe eccleſie: demum concorditer in ſummū pōtificē electus:uocatus eſt papa Nicolaus quartus.q put narrabat qdā de Ferraria q fuerat Scutifer ſuus: & decē ſummos pontifices agnouerat: p̄cipuꝰfuit iter oēs. ¶Silr̄ dn̄s Alexāder q̄rtꝰ aſſumptus fuit ad apicē apoſtolice dignitatis.q fuit de ordine frūm minoꝝ & plures bullas de ſtigmatibus ſacris bti Frāciſci confecit & publicari mandauit.

a D ſtatum Cardinalatus plures de hoc ordine ſunt aſſumpti uidelicet.

¶Prio ſcūs fr̄ Bōauētura d̄ balneo regio:de quo eſt dictū ſupra:ubi dictū eſt de fratribꝰbeatis p̄uincie Burgūdie. Hic fuit magiſter in theologia preclariſſimus octauus ordinis generalis miniſter: & demum per dominū Gregorium decimū: factus eſt Cardinalis epiſcopus Albanēſis. Qui dum eſſet generalis miniſter: fuit apud Cardinales tāte reputatiōis:ut duꝫ de electione ſummi pontificis in Peruſio diſcordarēt: libere omnes in eum uota ſua compromiſerūt: ut ſi ſe uel alium in papam nominaret:illum ipſi eligerent: & ipſe nominauit ſanctiſſimum uirum dominuꝫ Gregorium decimū : q multis corruſcauit miraculis: & iacet Aretii in eccleſia maiori:canōizatꝰi dioceſi Aretina.

¶Secūdus Cardinalis fuit ipſe Frater Ieronimus factus per dn̄m Nicolaum papā tertium. Qui fuit primo p̄ſbiter Cardinalis ſancte potētiane: Demuꝫ ep̄s preneſtinus: & ultimo papa Nicolaus quartus.

¶Tertius Cardinalis fuit uicedn̄s Placentinus epiſcopus Cardinalis preneſtinus : qui habitum ordinis ſumpſit: & cum ipſo deceſſit.ut dictum eſt.

¶Quartus Cardinalis fuit Frater Bētuenga de Tudemo.factus Cardinalis per dominum Nicolaum tertium & fuit epiſcopus Albanenſis.

¶Quītus Cardinalis fuit Frater Matteus de aq̄ ſparta in theologia magiſter.qui fuit ordis generalis. Et p dn̄m Nicolaū quartū factꝰ Cardinalis ep̄s Portuēſis.

¶Sextꝰ Cardinalis fuit Frater Ioānes de Murro magiſter in theologia & ordis generalis:quē papa Bonifacius octauus fecit Cardinalē & ep̄m Portuenſeꝫ.

¶Septimꝰ Cardinalis fuit Fr̄ Andreas de Anania:nepos dn̄i pape Alexādri q̄rti quē in Cardinalem iſtituit ut puto dn̄s papa bōifaciꝰ octauꝰ. q pōpā mūdi cū iā totalr̄ abieciſſet: cardinalatui renūciauit: Nec iter tales uoluit reputari. Et nunc in loco de Pilio in campania innumeris corruſcat miraculis.

¶Octauus Cardinalis fuit Frater Iacobus de Anania.qui fuit Nepos domini Bonifacii octaui.qui fuit preſbiter Cardinalis ſancti Clementis.

¶Nonus Cardinalis fuit Frater Gētilis de mōte Florum magiſter in Theologia.quē papa Bonifacius fecit Cardinalem p̄ſbiteruꝫ ſancti Martini in mōtibꝰ.

¶Decimus Cardinalis fuit Frater uitalis de furno.in theologia magiſter. factus Cardinalis per dominum Clementē quintum: & fuit epiſcopus Albaneñ.

¶Vndecimus Cardinalis fuit Frater Beltrandus de turri i theologia magiſter. factus Cardinalis p dn̄uꝫ Ioannem.xxii.& fuit epiſcopus Tuſculanus.

¶Duodecimꝰ Cardialis fuit Fr̄ Helias de Hanibal. in theologia magr̄.factꝰcardinalis p dn̄ꝫ Ioānē.xxii.

¶Tertiꝰdecimus Cardinalis fuit Fr̄ paſtor de puincia magr̄ in theologia. factꝰ per dn̄m Clemētē ſextū preſbiter Cardinalis.ſanctorum Sergii & Bachi.

¶Quartꝰ decimus Cardinalis fuit Fr̄ Gulielmus Farinerii.magr̄ i theologia: & ordis gn̄alis.factus Cardinalis per dominum Innocentium ſextum.

¶Quintus decimus Cardinalis fuit Frater Fortonerius.magiſter in theologia & generalis miniſter ordis factus Cardinalis per dominum Innocentium.

¶Sextus decimus Cardinalis Fr̄ Marchus de Viterbio magiſter i theologia: & generalis ordis:factꝰCardinalis per dominum Vrbanum quintum.

¶Decimus ſeptimus Cardinalis fuit Frater Beltrandus de figiaco: magr̄ in theologia factus Cardinalis per dn̄m Gregoriū undecimum ep̄us Hoſtieñ.

¶Decimꝰoctauꝰ Cardinalis fuit Fr̄ Leonardꝰ de Giffono magr̄ i theologia & ordis gn̄alis.factꝰ cardialis p dn̄ꝫ Vrbanū ſextū.Sꝫ h̄ ob ſciſma noluit acceptare.

¶Decimus nonꝰ Cardinalis fuit Fr̄ Thomas de Frignano in theologia magr̄: & gn̄alis ordis:deinde fuit p̄triarcha Gradeñ.Et demum per dn̄m Vrbanuꝫ ſextum factus Cardinalis ep̄us Tuſculanus.

¶Vigeſimus Cardinalis fuit Frater Ludouicꝰ de Venetiis.magiſter in theologia & ordis generalis. factꝰ preſbiter Cardinalis per dn̄m Vrbanum ſextum.

¶Vigeſimus p̄mus Cardialis fuit Fr̄ Bartolomeꝰ.de Cucurno de Ianua.factꝰp̄ſbiter Cardinalis ſci Laurentii in Damaſſo.per dn̄m Vrbanum ſextum.

¶Vigeſimus ſecūdus Cardinalis fuit dn̄s Fr̄ Petrus de Candia.magiſter in theologia . Deinde ep̄s Nouarieñ.Demum archiep̄s Mediolaneñ. Poſtmoduꝫ fuit factꝰcardinalis per dn̄m Innocentium.Et ultimo fuit papa Alexander electus in concilio Piſano.

¶Hi ſunt cardinales de ordine minorum qui tribus

exceptis omnes fuerūt magiſtri in theologia excellē
tes q hūc ordinē eoꝝ ꝓmotōe uenuſtāt & cōmēdāt.
D ſtatū uero ꝑiarchatꝰ Archiep̄atus & ep̄a
a tus quot fuerint & ſint de illo ordine aſſum
pti: nimis foret ꝓlixū retexere. Naʒ hic ordo
oēs habuit ꝑiarchatus excepto Aqlegień. ❡Archi
ep̄atū habuit In Anglia Cantuarień. p magr̄m Ioan
nem peccian Eboracenſem ❡In Alemania Magunti
neń. Plageń. ❡In Frācia Remēſem Attrebateń. Au
xitanū Tholoſanū. ❡In Italia Mediolaneń. Panor
mitanuʒ. Montis regalis: & ſic de aliis. ❡Sed de epi
ſcopatibꝰ nō eſt numerus. qbus ↄcludiť ꝙ ipoꝝ pro
motionibus hic ordo habet merito comendari.
Erum qa apud plebeios dignitas eccleſiaſtica
u que oēs alias dignitates excedit: paruipendi
tur: & nihil q̄ſi reputať. referendū eſt deiceps
de ſeculi ꝑncipibus: qui filii eſſe. b. Frāciſci nō ſunt de
dignati ipſius habitus aſſumptione.
❡Primo igiť ſi hēamus reſpectū ad dignitatē impia
lem ſimul & regalē. ❡Rex Ieruſalē Ioānes. Et Impe
rator Cōſtantinopolitanus fuit Fr̄ minor: cuiꝰ filia fuit
uxor Impatoris Federici ſecūdi. Hic cū rogaſſet deuʒ
ꝙ ſibi ońderet: qūo & qualr̄ mori deberet cōſideratis
triumphis & gloria: quos & quā in mundo habuerat:
Apparēte ſibi. b. Frāciſco cui erat deuotꝰ tribꝰ uicibꝰ
.i. tribus noctibus ſucceſſiue cū corda ſoleis & habi
tu: & dn̄te ꝙ uoluntatis dei erat ꝙ moreret in predi
cto habitu: Et ſi prima nocte & ſecūda nō ſine lachri
mis horruerit ad tantā deiectionē ꝑtingere: tertia ta
men uice ſtatim ut de nocte apparuit: uoluntateʒ dei
agnoſcens: Accerſito Fr̄e Bn̄dicto de Aretio: tunc An
tiochie & Romāie miniſtro: cū maxia deuotiōe factꝰ
eſt Fr̄ minor: & ſic finaliter deceſſit. Et adeo ī ſumma
uixit humilitate: ut ad deū multotiēs q̄ſi cōquerendo
diceret q̄re nō dederat ſibi fortitudinē: ut oia humili
tatis officia cum aliis fratribus ipſe exercere ualeret.
Hic ſepultus eſt Aſſiſii. Et ſi ſuper ſepulturam in habi
tu regali ſit ſculptus.
❡Scd̄o. Si hēať reſpectꝰ ad culmē & faſtigiū regale
mlti ſūt Reges ſiue fuerūt: q habitū ordis aſſumētes
filii ſunt cenſendi. b. Frāciſci horū notitia patere pote
rit facilius: ſi ad domos ex qbus orti ſunt attēdamus
diligēter. ❡Et prio ad domū p̄ aliis xp̄ianitatis domi
bus xp̄ianiſſimā & preclariſſimā. uʒ. Frācoꝝ. De qua
octo fuerunt Romanorum Impatores ſucceſſiue. uʒ.
Charolus magnꝰ. Ludouicus eiꝰ filiꝰ. Lothariꝰ filius
Ludouici. Ludouicꝰ ſecūdus filiꝰ Lotharii. Charolus
ſecūdus. filiꝰ Ludouici ſecūdi. Charolus tertius filius
Charoli ſecūdi. Arnulfus filiꝰ Charoli tertii. Et Ludo
uicus tertius filius Arnulfi. Reges uero domus p̄fatē
ultra triginta q in Frācia ſucceſſiue regnauerūt. ❡De
hac inclitiſſima ꝓgenie. b. Frāciſcus habuit filiū in or
dine & frēm ordis ſui. ſ. dn̄ʒ Regē Robertū clare me
morie: q ſcīa & prudentia oēs ꝑncipes orbis a magno
tēpore citra dr̄ exceſſiſſe. ❡Hic multotiēs dum uiue
ret: ſtās in monaſterio ipſo de ſc̄tā Clara cū uxore ſua
dn̄a Regina Sancia: regia ipſa iduente habitū ſororū
minoriſſarū: ipſe habitum ordis induebat. Ad frēs ibi
morātes ueniebat ſic idutus: & eis cū ſumma deuotio
ne ſeruiebat ī mēſa: ſicut a fratre audiui q hoc pluries
uidit. In caſtro ſuo nouo & regali multotiēs ad matu
tinū ſurgebat cuʒ frībus: & habitū ordis idutus cū eis
diuinū perſoluebat offm̄. Stabāt. n. in ſua capella duo
decim fratres. Demū cū eēt īfirmus p. xviii. dies ante
obitū: habituʒ ordis de manu miniſtri ſuſcipiens: fecit
ↄfeſſionē in eiꝰ manibꝰ: & moriēs ut Fr̄ minor ſepul
tus ē in mōaſterio ſcē Clare. ſicut pʒ cūctis ītuētibꝰ.
❡Tertio. Si attēdamꝰ. Ad domū Aragōie īclitā īter
xp̄iāos. ❡Rex Iacobꝰ an̄ mortē habitū ordis aſſum
pſit: cū ꝓpoſito ſi ſupuiueret Fr̄ remanendi in ordine:
& tandem cuʒ habitu mortuus iacet in conuentu Bar
chinone ſepultus. ❡Rex Alfonſus Aragonie Rex: in
morte habituʒ ſumpſit: & cum ipſo deceſſit: ſepultus
in conuentu Fratrum Ilerde.
❡Quarto. Si attēdamus ad domū illuſtrē Regū Ca
ſtelle: hēs regē Sāciū q fuit p tp̄s Fr̄ minor: & tandeʒ
ut Fr̄ deceſſit. ❡Sic etiā Fernādus Rex Caſtelle cuʒ
iniuſte quoſdā nobiles necari mādaſſet: Poſtea īfirma
tus in ciuitate gehenneń regni ſui: ob deuotionem ad
btm̄ Frāciſcū an̄ mortē habitū ſumpſit: & cū eo deceſ
ſit. Et cū habitu ſtat ſepultꝰ Toleti in eccleſia cathe
drali. Ob cuiꝰ habitus aſſumptionē. b. Frāciſcꝰ animā
dicti Regis de māibus diaboli liberauit: ſicut fratris
ſui ordinis: ſicut cuidaʒ ſancte domine Moranti Tol
leti fuit a domino reuelatum.
❡Quinto. Si aſpiciamus ad domū īſignē Regum de
Portugalia: hēs tres reges. uʒ. Regē Fernandū: q nuꝑ
deceſſit. Prēm eius regē Petrū. Et eius Auū Regē Al
fonſuʒ: q oēs an̄ mortē: a miniſtris ꝓuincie ſci Iacobi:
habitū ordinis aſſumētes: cum ipſo obierūt & ſepulti
ſunt: tā in ↄuētu nr̄o Vlixbone q̄ ī eccleſia cathedrali.
❡Sexto. Si hēamus ītuitū ad domū regū Trinacrie:
& ſi ſint de domo Aragōie hēs regē Federicū: q ante
mortē habitū uoluit p miniſtrū Sicilie indui: nec ꝓce
ruʒ ſuoꝝ dictis ab hoc potuit diuelli ꝓpoſito. Et cum
ipſo deceſſit & ſepultꝰ eſt meſſane ī ↄuētu nr̄o.
❡Septimo. Si oculos flectamus ad domū regū de Ci
pro hēs regē Henricū: q fuit puriſſimus uirgo. hic ha
bitū ſummēs cū ipſo deceſſit. Et Nicoſie in domo fra
trum ſepultus miraculis coruſcauit.
❡Octauo. Si īſpiciamus ad domū Regū Armenie: q̄
hactenus fuit īclita & excellēs: hēs Regeʒ Ioānē qui
tēpore gn̄alatꝰ frīs Gonſalui: regnū tradēs ſuo nepo
ti Leoni. Factꝰ eſt Fr̄ minor. Poſt cuiꝰ itroitū ſaracēis
regnū Armēie iuadētibꝰ: zelo fidei accēſus: aſſumpt s
armis cuʒ eſſet bellicoſiſſimus: facta ſtrage hoſtiū: &
ſuis data uictoria: ipſe in campo occiſus fuit.
❡Nono attendēdo ad domū Vngarie. Rex Ludoui
cus tēporibꝰ nr̄is ob deuotionē ad ordineʒ: ſemper in
curia ſua tenuit capellanos & confeſſores fratres no
ſtros & nō alios. Et ante mortē ut ferť per aliquot mē
ſes dimittens regimē & tumultū exterius: ſoli deo ua
cans cum fratribus in dicēdo officiū & alias orōnes:
ſe ſepeliendum cū habitu dimiſit: & hoc in monaſte
rio ſoroꝝ minoriſſarū de Buda: quod ſua illuſtris ma
ter conſtruxerat: ſed incuria & negligētia baronuʒ &

ſue uxoris regine nihil eſt ſcitū.iuxta ipſius legata.
¶Sed ſi habeatur reſpectus quo ad filios regum in-
clitam progeniem: reperies fratres minores.
¶De domo Frācie & Sicilie habes ſctm̄ Ludouicū
ꝑmogenitū Regis Caroli.hic cū eſſet Calabrie Dux:
& rōne pris in Sicilia:& ratiōe matris in Vngaria de-
beret regnare:ↄtēptis utriſqꝫ regnis: factus eſt frater
minor & demum epiſcopus Tholoſanus.
¶Habes etiā de domo ꝓfata inclitum ducē Calabrie
dñm Carolum primogenitū Regis Roberti:qui infir
matus habitum ſumpſit: cuꝫ ipſo obiit & ſepultus eſt
Neapoli:apud fratres in eccleſia corporis Chriſti.
¶De domo Caſtelle primogenitus. Regis Caſtelle
iacet in ↄuentu nr̄o Toleti:habitū ordinis idutꝰ.
¶De domo Aragonie dux Gerunde primogenitꝰre-
gis Aragonie dominus Petrus iacet habitū ordinis in
dutus:in conuentu Fratrum Ceſarauguſte.
¶Frater Petrus de Aragonia filius Regis Iacobi co
mes de Pratis:dimiſſo ſeculo factus eſt frater minor:
in quo ultra uiginti annos uixit laudabiliter.
¶Dominus Iacobus filius Regis Alfonſi Aragonie
Comes Vrgelli:cum habitu uoluit decedere & ſepeli
ri apud fratres in Conuentu Barchinone.
¶Dominus Berengarius de domo Aragonie & filius
Regis:Comes Empuriarum.iacet cum habitu frater
in Conuentu Barchinone.
¶Dn̄s Fernādus Comes lune Fr̄ Regis Petri Arago
nie:cū habitu in Conuētu frm̄ iacet ſepultꝰ Ilerde.
¶De domo Regum maioricarum : & ſi de domo ſit
Aragonie: filius primogenitus regis maioricarū ordi-
nē intrauit:& dictus eſt Fr̄ Iacobꝰde maioricis.
¶Dn̄s Frater Philippus Regis maioricarū filiꝰ:fuit
Fr̄ minor:parū ante peſtem maiorem decedens.
¶Multos alios filios regum fuiſſe in ordine puto ſic
& duces comites & barones & alios illuſtres homies
tam de Anglia q̄ de Francia:tam de Alamania q̄ Vn-
garia:tā de Aragonia q̄ de Hiſpania:tam de Grecia q̄
de Italia:& ſic de aliis partibꝰmūdi:q habitū.b. Fran
ciſci nō ſūt dedignati aſſumere & portare: & cū ipo i
dn̄o feliciter obdormire. Quoꝝ ingreſſus ad ordineꝫ
& ꝑmāſio ipſum efferunt laudibus & extollunt.
¶Inter ordines oēs & precipue mēdicantes:nemo de
tot nobilibꝰ regibꝰ & principibus gloriari pōt ut hic
ordo.Nec geſtatio habitꝰ ordis.b.Frāciſci debet uide
ri alicui abiectiua:imo ſublimatiua : nec oneroſa imo
glorioſa:quā tot reges ꝓ ſummo hn̄tes honore & de
uotiōe geſtare uoluerūt. Nulla.n.ē domꝰnobiliū fere
in xp̄ianitate de qua nō fuerit aliqs Fr̄ minor:ut ſatis
clare poſſet deduci & in uita.Saltem quod in morte:
clare pꝫ ↄſiderādo ſepulturas excellentiū uirorū apud
frēs minores p orbeꝫ depoſitoꝝ.Qui ꝓ maiori parte
ob deuotiōeꝫ habitū aſſumētes:cū ipo uoluerunt hu
militer ſepeliri.Quibus oibus pꝫ ꝙ h̄ ordo eſt ſingula
riſſimus ex nobilitate & dignitate tam eccleſiaſtica q̄
ſeculari.que erat tertia ↄditio:qua iſte ordo decoraba
tur.Vn̄ in iſto ordine uidet̄ impletū illud Iſa.lv. dn̄tis
in pſona dn̄i.Ecce teſtē populis dedi eū:ducē ac ꝑce-
ptorē gētibus.Ecce gētes quas neſciebas uocabis:&
gētes que te nō cognouerunt ad te currēt: ꝓpter dn̄ꝫ
deū tuū & ſctm̄ Iſrael qui glorificauit & elegit te. Et
cap.lx.Ambulabūt gētes in lumie tuo:& reges i ſplē-
dore uultus uel ortus tui.Erunt.n.reges nutricii tui &
regine nutrices tue. Iſa.xlix.

¶Quarta pars principalis.

q Vartuꝫ de quo h̄ ordo pre aliis dignificat̄:eſt
de fratrū numeroſitate. Naꝫ in btō Franciſco
impletū eſt illud dctm̄ Abrahe & Iacob. Dilataberis
ad orientē occidentē meridiē & ſeptētrionē. Siqs pōt
dinumerare puluerē terre: ſemē tuū dinumerare pote
rit.Vt.n.diabolus ꝑdixit p os cuiuſdā mulieris cuidaꝫ
baroni de tertio ordine exn̄ti.b. Frāciſci qui morabat̄
in alpibus iuxta Eugubium : Ordo minorum & ſi par
uulus ſit:ſup oēs ordines multiplicabit̄. Et ſic factuꝫ
eē ateſtant̄ loca fratrū p orbē diffuſa : que ad numerū
mille ſexcētoꝝ aſcēdunt : exceptis illis que quotidie
edificant̄ denuo:ut.n.dixit ꝑs. Extēdit palmites ſuos
uſqꝫ ad mare nō ſolū mediteraneū & occeanū:ſꝫ uſqꝫ
īdicū: & a flumie uſqꝫ ad termios orbis terrarum. In
India.n.hꝫ h̄ ordo plura loca & habuit. Vt fructu.xi.
& ↄformitate dr̄.Impletū uidit.b.pr̄ Frāciſcꝰ:qd̄ ipſe
cū ſex frēs hēret:ꝑdixerat eos ↄfortādo dicēs.Nolite
timere.Et ſeqt̄.Quoniā nō poſt multū tp̄s uenient ad
uos multi ſapiētes & nobiles:eruntqꝫ uobiſcū ꝑdican-
tes regibus & ꝑncipibus & populis multis. Multi ue
ro ↄuertent̄ ad dn̄m:& p uniuerſum mundū deꝰmul-
tiplicabit familiā ſuā & augebit.& dicebat.Plenas ui
di ad uos uenientiū uias. Veniunt frācigene feſtinant
Hiſpāi Theutōici & Anglici currūt: & aliarū diuerſa
rum linguarū accelerat maxima multitudo.Et iō Ioā-
nes euāgeliſta poſtq̄.Apoc̄.vii. deſcripſit tp̄s miſſiōis
btī Frāciſci.ſ.ſub aptōe ſexti ſigilli.Et qūo eſt miſſus:
quia ut angelus hn̄s ſignū dei uiui: ſubdit de multitu
dine:Franciſci predicatione uita exemplo & ſuorum
ſocioꝝ:ad xp̄m ↄuerſa & ↄuertenda:cuꝫ dicit. Quod
audit numerū ſignatoꝝ centū quadragita quatuor mi
lia ex oi tribu filioꝝ Iſrael.hoc pōt exponi ꝙ i hoc or
dine tot eēnt futuri frēs:ſiue ↄuertēdi p frēs:deducto
populo ad dominū & hoc in ordinis ꝓceſſu.Vel tem-
pore antixp̄i quando hic ordo deſtructis aliis ordini-
bus:ꝑdicabit ↄtra antixp̄m. Et tūc iuxta dctm̄ apl̄i &
ſcripture & Apoc̄.ca.viii.reliqe Iſrael ad dn̄m ↄuertē
tur.Vel pōt dici ꝙ p nūerū certū iuxta modū loquendi
ſcripture accipit incertū:ut nō ſolū ſint ſignati.ſ. habi
tu.Frāciſci & crucifixi cētū q̄dragita q̄tuor milia:ſꝫ ifi
niti alii.Et hoc uidet̄ Ioānes innuere cū ſubdit:ꝙ uidit
poſt ꝑdicta turbā magnā quā nemo dinumerare pote
rat:ex oibꝰ tribubꝰ populis & linguis &c̄.Et ſic cōſi-
derato ēt ipo ordine minoꝝ: cū duobꝰ ordinibꝰ aliis
a.b.Frāciſco iſtitutis:Ac ꝑdicatiōe.b. Frāciſci & frūm
ad xp̄m ↄuerſis: nullus pōt ambigere ſeu heſitare ſic
eē:ſicut pluribꝰuiſiōibꝰ ē uiſuꝫ.ſ.b.Frāciſcū cū uex-
lo crucis eūtē p celū:& īfinitā multitudinē triū ordinū
et alioꝝ p.b.Frāciſcū & frēs ſuos ↄuerſoꝝ ad xp̄ꝫ pꝰ
ip̄m ire.Sic ergo multitudine locoruꝫ p āgulos mūdi
diffuſoꝝ apparet mltitudo frūꝫ q ſunt iſtiꝰordis &.b.
Frāciſci.Et qa tāta multitudo locoꝝ nec in eiſdē reſi-

dentiū in aliis hẽ ordinibꝰ: ↄcludiẽ merito ꝙ ordo nō ſolū extolliẽ xp̄o faciēte & ordināte: ſrūm ſcitate: ſcie luciditate & nobilitate: ſꝫ & multitudine ac nūeroſitate p̄ aliis ordinibꝰ. Et ſic ſuccīte apparet declărata ſcd̄a pars iſtius octaui fructus & ↄformitatis.uꝫ. Frāciſcꝰ fecundaẽ: & hoc eſt declaratum eſſe uerū de ipſo primo ordine.b.Frāciſci.uꝫ.de ordine minoꝝ.

¶De ſecūdo ordine.uꝫ.de ordine ſanctę Clare.

r Eſtat nūc ↄn̄ter oñdēdū de ordie ſcd̄o. uꝫ. ſororꝝ pauperū: queꝫ ordinē.b.Frāciſcꝰ inſtituit btāꝫ Clarā cū aliis ad xp̄i ueſtigia īſeq̄nda cōuertēdo. Et de iſto ordine: qa mihi nō.ſic pꝫ late ſicut de p̄mo. Iō ſuccīte aliq̄ pandā de eo: q̄lis ſit & fuerit oñdēdo.un̄ ſi aliq̄ mihi occurrerint in ꝓceſſu tēporis in fine huius operis in tractatu per ſe ediſſeram. De iſto ordine aliq̄ dicēdo & ſcribēdo. Videẽ mihi q̄d iſte ordo iſtitutus a.b. Frāciſco āno ſexto a ſua ↄuerſiōe: a tribus poſſit cōmendari uidelicet.

